minariū fudit dicens: Eritis sicut dij. Tu quoq; o hō si vides furē: curris cū eo? Audistis frēs q̄ hac nocte lectuz est in Ysaia dicēte dño Principes tui infideles: vel vt alia trāslatio habet inobedientes: socij furū. Reuera enī principes nostri adā ⁊ eua principia nostre propaginis: inobediētes ⁊ socij furū: qō filij dei ē serpētis: imo diaboli p serpentē: ⁊ filio surripe tētant. Nec dissimulat iniuriā filij pater. pater enī diligit filiū: sed continuo ⁊ in ipsum hominē vindictam retribuit: ⁊ aggrauat sup nos manū suā. Oēs enī in adā peccauim⁹: ⁊ in eo sententiā damnationis excepim⁹ oēs. Quid agat filius videns pro se zelare patrē? ⁊ nulli penitus parcere creature? Ecce inqt occasiōe mei creaturas suas pater amittit. Altitudinē meā p̄m⁹ angelus aspectauit: ⁊ populū q̄ sibi crederet habuit? sed ꝓtinuo patris zelus grauiter vindicauit in illū: pcutiēs eū pariter cū oīb⁹ suis plaga incurabili: castigatiōe crudeli. Sciētiā quoq; q̄ nihilomin⁹ mea ē: surripe voluit hō: ⁊ ne illi quidē misertus est nec pepercit oculus eius. Nūquid de bobus est cura deo? duas tm̄ fecerat nobiles creaturas: rationis participes: capaces beatitudinis: angelū videlicet atq; hominē: sed ꝓpter me pdidit angelos multos: hoīes vniuersos. Ergo vt sciant quia ⁊ ego diligo patrē: per me recipiat quos quodāmodo p̄opter me amisisse videt. Sz si ꝓpter me tēpestas hec orta ē ait ionas tollite me ⁊ mittite in mare. oēs iuidēt mihi. Uenio ⁊ talē eis exhibeo memetipm: vt quisquis inuidere voluerit: quisquis gestierit imitari: fiat ei emulatio ista in bonū. Noui tm̄ in affectū malitie ⁊ nequitie trāsisse angelos desertores: nec ex ignorātia aliq̄ seu infirmitate peccasse: ideoq; perire necesse ē pentere nolētes. Pōis enī amor ⁊ honor regis iudiciū diligit. Propter h̄ enī ⁊ ipse creauit hoīes ab initio vt repleant ex eis loca vacua: ⁊ ruine hierusalē restaurent. Sciebat enī nullā angelis patere redeundi viā: nēpe nouit supbiā moab q̄ supbus est valde: ⁊ supbia eius penitētie remediū nō admittit: ac p̄ hoc nec venie. At vo hominis vice nullā ꝓdidit creaturā: innuēs ex hoc ipso redimēdū adhuc hoīez. quippe qué supplātauit aliena malitia: ideoq; pdesse ei potest charitas aliena. Ita dñe obsecro complaceat tibi vt eruas me: qm̄ ego infirm⁹ sum: qm̄ de terra mea furtim sublatus sum: ⁊ nūc inocés in lacū missus sum. Nō quidē penitus innocēs: sed q̄stū ad eū q̄ me seduxit innocēs aliq̄ten⁹. Dēdecū mihi psuasum est dñe: veniat veritas vt possit falsitas depēdi: ⁊ cognoscaz veritatem: ⁊ veritas liberabit me: si tm̄ deprehense falsitati penitus abrenūciauero: ⁊ cognite adhesero veritati. Alioquin nō humana erit tētatio: nec humanū pctm̄: sed obstinatio diabolica. Nēpe pseuerare in malo diabolicū est: ⁊ digni sunt perire cū illo quicūq; in silitudinē eius pmanēt in pctō. Ecce frēs audistis qs sit q̄ veniat: considerate iam vnde veniat ⁊ quo. Uenit vtiq; de corde dei patris in vteruz virginis matris. Uenit a sūmo celo in inferiores partes terre. Quid ergo? Nōne ⁊ nobis in terra est cōuersandū? Est: si tm̄ in ea pstitit ille. Ubi enī bene erit sine illo aut vbi male poterit esse cū illo? Quid mihi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terrā? Deus cordis mei: ⁊ pars mea de⁹ in eternū. Nā et si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala: si tū tu mecū es. Nūc autē vt video ⁊ ad terras ⁊ ad ipm quoq; descendis infernū: nō tanq̄ victor sed tanq̄ inter mortuos liber: sicut lux q̄ in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōprehēdunt. Tū nec relinquis aīa eius in inferno: nec sanctū corpus in terra videt corruptionē. Christus enī q̄ descēdit: ipse est q̄ ascēdit: vt adimpleret oīa: de quo ⁊ scriptum est: Qui pertrāsijt benefaciēdo ⁊ sanando oēs oppressos a diabolo. Et alibi: Exultauit vt gigas ad currendā viā: a sūmo celo egressio eius: ⁊ occursus eius vsq; ad summū eius. Merito proinde clamat Aplūs dicēs: Que sursuz sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedēs. In cassuz enī laboraret erigere corda nostra: nisi collocatum in celis salutis nostre doceret auctorē. Sed videam⁹ iam q̄ sequunt. Nā et

si materia quidē copiosa inuenit ⁊ verbi ma valde: sed angustie tpis tantā sermōis lōgitudinē nō admittūt. Cōsiderātib⁹ ergo qs veniat: magna oīno ⁊ ineffabil' maiestas innotuit. Suspiciētib⁹ vnde veniat: grādis plane patuit via p̄m eius testimoniū q prophetico p̄euent⁹ spū: ecce inquit nomē dñi venit de lōginquo. Porro quo veniat intuētib⁹: apparuit inestimabil' dignatio ⁊ penitus incogitabilis: q in carceris huius horroré tāta descēdere dignata est celsitudo. Jam qs dubitet magnū aliquid in causa fuisse: vt maiestas tāta: de tā lōginquo in locū tā indignū descēdere dignaret? Plane magnū aliqd: quia miseri cordia magna: quia miseratio multa: quia charitas copiosa. Ad quid enī venisse credendus est? Hoc nāq; est qd iuxta propositū ordiné oporteat iam perscrutari. Nec sane laborandū nobis est in hac parte: cū manifeste aduēt⁹ eius causam ⁊ vbā ipsi ⁊ opera clament. Ad querendā quippe ouē centesimā q errauerat de mōtib⁹ properauit: ⁊ vt manifest⁹ ꝓfiteanť dño misericor die eius ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hominū p̄opter nos venit. Mira querētis dei dignatio: magna dignitas hois sic quesiti. In q̄ si gloriari voluerit non erit insipiēs: nō q̄ aliqd esse videať tanq̄ a seipso: sed q̄ tāti eū fecerit ipse q fecit. Oēs enī diuitie: ois glia mūdi: ⁊ quicqd in eo cōcupiscit: min⁹ est ad hāc gloriā: imo nec est aliqd in eius cōparatione. Dñe qd est hō quia magnificas eū? aut quid apponis erga eū cor tuū? Attū vellē nosse: quid sibi voluerit q ad nos venit ille: aut q̄re nō magis ium⁹ nos ad illū. Nostra enī erat necessitas. Sz nec est ꝓsuetudo diuitū vt ad paupes veniāt: nec si p̄estare voluerint. Oīno sic est frēs? nos magis ad eū venire dignū fuit: sz duplex erat impedimentū. Mā ⁊ caligabant oculi nostri: ille vo lucē habitat inaccessibilē: ⁊ iacētes paralytici in grabbato diuinā illam nō poteram⁹ attingere celsitudinē. Propter ea benignissim⁹ saluator ac medic⁹ aiarū ⁊ descēdit ab altitudine sua: ⁊ claritatē suā infirmis oculis tēperauit. Jnduit se laterna q̄dā: illo vtiq; glioso ⁊ ab oi labe purissimo corpore qd̄ suscepit. Nec est enī illa leuissima plane ⁊ p̄fulgida nubes: supra quā ascenturū eū ꝓpha ꝓdixerat vt descēdēt i egyptū. Ipse ē: nā ipm q̄z ꝓsiderare tps: q̄ saluato: aduenit. Venit enī qd̄ ⁊ vos credim⁹ nō latē: nō in initio nec i medio tpis: sz in fine. Nec icōgrue factū ē sz ⁊ vere sapiēter disposuit sapientia: vt cū magis eēt necessariū: tūc p̄mo ferret auxiliū p̄nos ad ingratitudinē filios ade non ignorās. Vere enī aduesperascebat ⁊ iclinata erat iā ꝓdies: recesserat paulo min⁹ sol iustitie: ita vt exiguus nimis splēdor eius aut calor eēt in terris. Mā ⁊ lux diuine notitie parua admodū erat: ⁊ abundāte iniq tate feruor refriguerat charitatis. Jā nō apparebat angel⁹: nō loq̄bať p̄pha: ⁊ cessabāt velut despatiōe victi: p̄e nimia vtiq; duritia hoīuz ⁊ obstinatiōe: at ego ait filius tūc dixi ecce venio. Sic fic dū mediū silentiū tenerēt oīa: ⁊ nox suo cursū iter pagēt: oīpotēs sermo tuus dñe a regalib⁹ sedib⁹ venit. Qd̄ ⁊ Alp̄s ituēs aiebat: Qñ venit plenitudo tpis misit de⁹ filiū suū. Mirū plenitudo ⁊ abūdātia tpaliū: obliuioné et iopiā fecerat etnor. Oportune g̃ tūc aduenit eternitas: qñ magis tpalitas p̄ualebit. Mā vt cetera fileā: ipsa q̄z pax tpal' illo in tpe tāta fuit: vt ad hois vni⁹ edictū describeret vniuersus orbis. Habetis iam ⁊ p̄sonā venientis ⁊ locū vtrūq;. i. a q̄ ⁊ ad quē venit. causam quoq; ⁊ temp⁹ nō ignorātis Unum restat adhuc: via scilicet per quam vēit. Sz ⁊ hec q̄z diligēter reqrēda: vt possim⁹ sic dignū ē occurrē ei. Verūtñ sic ad operādā salutē in medio tre semel venit i carne visibil': ita q̄tidie ad saluandas aias singulor⁹ i spū venit ⁊ inuisibil': sic scriptū ē Spūs añ facié nostrā chris⁹ dñs. Et vt noueris occultū eē hūc spūalē aduētū: i vmbra ei⁹ inqt viuem⁹ int gētes. Propter ea dignū ē: vt si nō valet infirm⁹ in occursū tāti medici p̄cedē lōgi⁹: saltē conet erigere caput: ⁊ aliqten⁹ assurgē veniēti. Nō te oportet o hō maria trāsfretare: non penetrare nubes: nō trāsalpinare necesse ē. Nō grādis inquā tibi oñdit via: vsq; ad temetipz occurrē deo tuo. ppe ē enī vbū in ore tuo

ꝛ in corde tuo: vsqz ad cordis cõpũctionẽ et ꝓfessionẽ oris occurre: vt salté exeas de sterquilinio misere ꝓscientie: qñ indignũ est illuc auctoré puritatis intrare. Et hec quidé de eo aduẽtu sunt dicta: quo singulorũ mentes munsibili dignaꝫ illustrare potẽtia. Libet autẽ ꝛ manifesti aduentus viã cõsiderare: qñ vie eius vie pulchre: ꝛ oés semite eius pacifice. Ecce inquit spõsa: venit is saliẽs in mõtib⁹: trãsiliẽs colles. Ue nientẽ vides o pulchra: sed cubantẽ videẽ ante nõ poteras. Dixisti enĩ Indica mihi quẽ diligit aĩa mea: vbi pascis: vbi cubas Cubãs pascit angelos in illas perpetuas eternitates: quos satiat visiõe eternitatis et ĩmutabilitatis sue⁹ sed ne ignores te o pulchra qñ mirabilis facta est visio illa ex te: ꝓfortata est ꝛ nõ poteris ad eã. Uerũtñ ecce egressus est de loco sancto suo⁹ ꝛ q cubans pascit angelos ipse cepit: ficqz sana bit nos: ꝛ videbiꝫ veniẽs ꝛ pastus: qui cubãs ꝛ pascẽs videri ante nõ poterat. Ecce venit hic saliẽs in mõtib⁹ trãsiliẽs colles. ¶Mõtes ꝛ colles patriarchas ꝛ prophetas accipe: ꝛ quemadmodũ venerit saliens ꝛ trãsiliẽs: in libro generationis lege. Abraã genuit isaac: isaac genuit iacob ꝛc. Ex his mõtib⁹ pdijt: vt iuenies radix ieſſe: vnde iuxta prophetã egressa est virga: ꝛ exinde flos ascẽdit: sup quẽ requieuit spũs septiformis. Qđ manifestius alio loco aperiẽs idem prophete: ecce inqt virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ: ꝛ vocabiꝫ nomẽ ei⁹ emanuel: qđ interꝑtaꝫ nobiscũ deus. Quẽ enĩ pri⁹ florẽ: ipm deinde emanuel: ꝛ quã dixerat virgã: ipsam manifestius exprimẽs virginẽ noiauit. Sed necesse est altissimi hui⁹ sacri ꝓsiderationẽ diei alteri reseruare. digna ẽ enĩ ppio sermõe materia: pserti q in longũ iam hodiernus sermo pcesserit.

¶De verbis Isaie ad achaz: vbi ait: Pete tibi signum a dño: vsqz butyrũ ꝛ mel comedet: vt sciat reprobare malũ ꝛ eligere bonũ. Sermo secundus.

II Audiuimus suadente regi achaz isaiã petere signũ a dño siue in pfundũ inferni: siue in excelsum supra. Audiuim⁹ respõsionẽ eius formã quidẽ habentẽ pietatis: sed nõ virtutẽ. Propter hoc deniqz abeo q intueꝫ cor: ꝛ cui ꝓfiteꝫ hois cogitatio meruit reprobari. Nõ petã inqt: ꝛ nõ tẽtabo dñm. Elatus erat achaz: fastigio solij regalis: astutus humane sapientie vbis. Audierat ergo isaias a dño: Uade dic vulpi illi: petat sibi signũ a dño in pfundũ. Habet enĩ vulpis foueã. Iz in infernũ quoqz si descẽderit: adest q cõprehẽdit sapientes in astutia sua. Itẽqz: Uade ait dñs dic volucri illi: petat sibi signũ in excelsum supra Habet enĩ volucris nidũ: sed ꝛ si in celuz ascẽderit: illic est q supbis resistẽs propria calcat virtute superbos ꝛ sublimũ colla. Uerũtñ dissimulat ille potestatis excelse seu incõprehẽsibilis pfunditatis vel sapiẽtie querere signũ: ꝛ propterea signũ bonitatis ꝛ charitatis domui dauid dñs ipse pmittit: vt quos nec potestas nec sapiẽtia terruit: alliciat saltem exhibitio charitatis Potest tñ in eo q̃ ait in profundo inferni etiaz charitas ipsa q̃ maiorẽ nemo habuit vt in infernũ quoqz pro amicis moriendo descẽderet nõ imerito designari: vt precipiaꝫ achaz vel in excelsum regnãtis expauescere maiestatẽ: vel descẽdentis ad inferos amplecti charitatem. ¶Doleſtus ergo est nõ solũ hoib⁹: sed etiam deo: quisquis nec maiestatẽ cogitat in timore: nec charitatẽ cũ amore meditaꝫ. Propter hoc inqt dabit dñs ipse nobis signũ: in quo manifeste ꝛ maiestas ꝛ charitas innotescat. Ecce virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ: ꝛ vocabiꝫ nomẽ eius emanuel: qđ interꝑtaꝫ nobiscũ deus. Noli fugere adã: quia nobiscũ de⁹ ne timeas o hõ: nec audito dei noie terrearis: quia nobiscũ deus. Nobiscũ carnis similitudine: nobiscũ vtilitate. Propt nos venit: tanqz vn⁹ ex nobis: filius nobis pasſibil. Deniqz butyrũ inqt ꝛ mel comedet. ac si dicat Parvulus erit: ꝛ vesceꝫ infantili⁹ alimẽtis. Ut sciat inqt reprobare malum ꝛ eligere bonũ. Etiã hic bonũ ꝛ malũ audis: sicut in arbore vetita: sicut in ligno trãsgressionis. Sed multo melius a ꝓmo adã secũdus iste partiꝫ. Eligens enĩ bonũ

malum reꝓbat: non ſicut ille qui dilexit maledictionē: ⁊ venit ei: ⁊ noluit benedictionē ⁊ elongata eſt ab eo. Mā ⁊ in eo qđ ꝑmiſit Butyrū ⁊ mel comedet: aduertere poteris paruuli huius electionē? tantū adſit eius gr̄a: vt qđ ꝑſtat vtcūq; ſentire: digne ⁊ accōmodate ad intelligētiā ꝓferre cōcedat. Duo ſunt in lacte ouis: videlicet butyrū ⁊ caſeus. Butyrū pingue ⁊ humidū: caſeus ecōtra aridus ⁊ durus. Bñ ergo paruulus noſter eligere nouit: q butyrū comedēs caſeum vtiq; non comedit. Que eſt enī ouis centeſima q̄ errauit? ⁊ in pſalmo loquit̄ Errau ſicut ouis q̄ perijt? Vtiq; gen⁹ humanū qđ benigniſſim⁹ paſtor querit alijs ſane nonagintanouē ouibus in mōtib⁹ derelictis. In hac igit̄ oue duo repies: naturā dulcē: naturā bonā: et bonā valde tanq̄ butyrū: ⁊ pctī corruptionē vt caſeū. Vide ergo q̄ optime puer nr̄ elegit: q naturā noſtrā ſine vlla pctī corruptione ſuſcepit. Mā de pctōrib⁹ legis: Coagulatū⁹ eſt ſicut lac coꝛ eoꝛ: in quib⁹ vtiq; puritatē lactis corruperat fermentū malitie: coagulū iniquitatis. Sic ⁊ apis habet mellis dulcedinē: habet etiā aculei pūctionē. Apis vo eſt q̄ paſcit̄ inter lilia: q̄ floꝛigerā inhabitat patriā angeloꝛ? vñ ⁊ ad ciuitatē nazaret qđ interꝓtat̄ flos aduolauit: ⁊ ad ſuaue olentem perpetue virginitatis floꝛē aduenit: illi inſedit: illi adheſit. Hui⁹ apis mel ⁊ aculeū nō ignoꝛat: q̄ miſericoꝛdiā ei ⁊ iudiciū cū ꝓpha decātat. Attñ ad nos venies ſolū mel attulit ⁊ non aculeū? id eſt miſericoꝛdiā ⁊ nō iudiciū: ita vt perſuadētib⁹ q̄libz diſcipul' vt ciuitatē q̄ eū ſuſcipe noluit ꝓcipere ignē ꝓſumi: rñderit nō veniſſe filiū hoīs vt iudicaret: ſz vt ſaluaret mūdū. Nō habebat aculeū apis noſtra? quodāmodo depoſuerat eū: qñ tāta indigna patiēs miſericoꝛdiā exhibebat et nō iudiciū. Sed nolite ſperare in iniqtate nolite peccare in ſpe. Habet enī apis nr̄a qñq; reſumē aculeū ſinū? ⁊ acriter nimis infigere illū in medullas hominū pctōꝛ: qñ pater nō iudicat quēquā: ſed filio dedit omne iudiciū. Nunc aūt paruulus nr̄ butyrum ⁊ mel comedit: qñ bonū nature humane diuine miſericoꝛdie in ſemetipſo ſic vniuit: vt eſſet hō verus: ⁊ peccatū nō habēs: deus miſericoꝛs ⁊ iudiciū nō exhibens. Ex his tā manifeſtū arbitꝛoꝛ quenā ſit virga de radice ieſſe, ꝓcedēs: qs vo flos ſup quē requieſcit ſpūſcūs? qñ virgo dei genitrix virga eſt: flos fili⁹ ei⁹. Flos vtiq; virginis fili⁹? flos cādidus ⁊ rubicūdus: electus ex milib⁹. flos in quē deſiderāt angeli ꝓſpicere? flos ad cuius odoꝛē reuiuiſcunt moꝛtui: ⁊ ſicut ipſe teſtat̄ flos campi eſt ⁊ nō hoꝛti. Campus enī ſine omni humano floꝛet ām̄uniculo? nō ſeminat⁹ ab aliquo: nō defoſſus ſarculo: nō impinguatus fimo. Sic oīno ſic virginis aluus floꝛuit? ſic inuiolata integra ⁊ caſta marie viſcera tanq̄ paſcua eterni viroꝛis floꝛe ꝓtulere: cuius pulchritudo nō videat coꝛruptionē: cuius gloꝛia in perpetuū nō marceſcat. O virgo virga ſublimis in q̄z ſublime verticē ſanctū erigis: vſq; ad ſedentē in thꝛono vſq; ad dñm maieſtatis. Neq; enī id mirū qñ in altū mittis radices humilitatis. O vere celeſtis plāta: ꝓcioſioꝛ cūctis: ſanctioꝛ vniuerſis. O vere lignū vite: qđ ſolū fuit dignū poꝛtare fructū ſalutis. Deꝓhēſa eſt maligne ſerpēs verſutia tua: nudata ē plane falſitas tua. Duo impoſueras creatoꝛi? mēdacij ⁊ inuidie infamaueras eū: ſz in vtroq; quict⁹ es eſſe mētitus. Siquidē ab initio moꝛit̄ cui dixeras: nequaquā moꝛieris: ⁊ veritas dñi manet in eternū. Sed et nunc reſpōde ſi potes. Quam ei arboꝛē cui⁹ arboꝛis fructū inuidere potuit? q ne hanc quidē virgā electā ⁊ fructū ſublimē negauit? Eteni q̄ ꝓpꝛio filio non pepcit? quō nō oīa fil' cum illo donauit? Sed iam aduertiſtis ni fallor: qñ virgo regia: ipſa eſt via ꝑ quā ſaluatoꝛ aduenit: ꝓcedēs ex ipſius vtero tanq̄ ſpōſus de thalamo ſuo. Tenentes ergo viā quā ꝓꝛioꝛe ſi meminiſtis cepim⁹ inueſtigare ſermone? ſtudeam⁹ et nos dilectiſſimi ad ipſam ꝑ eā aſcēdere q̄ ꝑ ipſam ad nos deſcendit: ꝑ eā venire in gratiā ipſi⁹ q̄ ꝑ eā in noſtrā miſeriā venit. Per te acceſſum habeam⁹ ad filiū o bñdicta inuētrix gr̄e: genitrix vite: mater ſalutis: vt ꝑ te ſuſcipiat nos q̄ ꝑ te dat⁹ eſt no-

bis. Excuset apud ipm integritas tua cul
pam nostre corruptionis: ⁊ humilitas deo
grata nostre venię impetret vanitati. Co-
piosa charitas tua nostros cooperiet mul
titudinē pctōs: ⁊ fecunditas gliosa nobis
conferat meritos. Dña nostra: mediatrix
nostra: aduocata nostra: tuo filio nos reco
cilia: tuo filio nos cōmenda: tuo nos filio
representa. Fac o benedicta p gratiā quā
inuenisti: p prerogatiuā quā meruisti: per
misericordiā tuā quā peperisti: vt qui me
diante te fieri dignatus est particeps infir
mitatis ⁊ miserie nostre: te quoq; intercedente participes faciat nos glie ⁊ beatitu
dinis sue: christus iesus filius tuus dñs nr
qui est sup oia deus benedictus in secula.

De triplici aduentu domini: et de sep-
tē columnis quas nobis erigere de-
bemus Sermo tertius.

III IN aduētu do-
mini quē hodie celebram⁹: si
psonā venietis intueor: nō ca
pio excellētiā maiestatis. Si
attēdo ad quos venerit: dignationis ma-
gnitudinē expauesco. Stupent certe ⁊ an-
geli ipsi de nouo: videntes infra se quē su
pra se adorant: manifeste iam ⁊ ascēdētes
⁊ descēdentes ad filiū hois. Si considero
propter qd venerit: amplector quoad pos.
sum inestimabilem latitudinē charitatis.
Si modū cogito: exaltationē agnosco hu
mane cōditionis. Uenit siquidē vniuersi
tatis creator ⁊ dñs: venit ad hoies: venit
propter hoies: venit hō. Sed dicit aliqs
Quō dicit venisse: q semp vtiq; fuit? Erat
quidē in mūdo: ⁊ mūdus p ipm factus est
et mūdus eū nō cognouit. Nō ergo venit
q aderat: sed apparuit q latebat: vñ ⁊ hu
manā in q̄ agnosceret indut formā: q ni
mirū in diuinā lucē habitat inaccessibilē.
Nec sane ingloriū maiestati apparere in
propria filitudine quam fecerat ab initio?
nec indignū deo a quib⁹ in substantia sua
non poterat agnosci in imagine exhiberi:
vt q fecerat hominē ad imaginē ⁊ filitudi
nē suā: ipse hoib⁹ innotesceret factus hō.
Hui⁹ ergo aduētus tāte maiestatis: tante
humilitatis: tāte charitatis: tāte etiā glori
ficatiōis nostre ab vniuersa ecclesia semel
in anno solēnis memoria celebratur. Sed
vtinā ita semel ageret vt semp: id quippe
digni⁹. Quāte enī insanie est: vt post tanti
regis aduentū alijs quibuslibet negocijs
hoies velint seu audeant occupare? ⁊ non
magis omissis oib⁹ soli eius cultui vacent
nec in eius pñtia cuiusquā meminerint ce
teroꝝ? Sed nō omniū ē qđ ait ppha: Me
moriā abūdātie suauitatis tue eructabūt:
siquidē nec oēs hec memoria pascit. Sane
nemo qđ non gustauit: sed neq; qđ tm gu
stauit eructuat. Eructuatio qppe nō nisi
de plenitudine ⁊ satietate procedit. Pro-
pterea quoq; secularis est mens ⁊ vita: me
moriā hāc etsi celebrāt: nō eructuant: sine
deuotiōe ⁊ affectiōe dies istos arida q̄dā
consuetudine obseruātes. Deniq; qđ dānabilius est: ipsa quoq; inestimabilis hui⁹ di
gnatiōis memoria: datur in occasionē car
nis: ⁊ videas eos tāta sollicitudine dieb⁹
istis vestū gloriā: ciboꝝ parare delicias: ac
si hec ⁊ huiusmodi querat i natiuitate sua
christus: ⁊ ibi suscipiatur dignius: vbi hec
accurati⁹ exhibent? Sed ipm audi dicētē
Superbo oculo ⁊ insatiabili corde: cū hōc non
edebā. Quid tāta ambitiōe vestes paras
in natale meū. Detestor ego superbiā: non
amplector. Quid tāta sollicitudine ciboꝝ
copias reponis in tēp⁹ illud? Damno ego
carnis delicias: non accepto. Plane insa-
tiabilis es corde: tāta parās: ⁊ ex tā lōgo.
Mā corpori vtiq; ⁊ pauciora sufficerēt: ⁊ q̄
possent opportunius inueniri. Celebrans q̄
aduētū meū: labijs me honoras: sz cor tuū
lōge est a me. Nō me colis: sed deus tuus
vēter est: ⁊ gloria in cōfusione tibi. Infelix
oīno q voluptatē corporis ⁊ secularis colit
glie vanitatē: beatus aūt ppls cui⁹ est dns
deus eius. Frēs nolite vos emulari in ma
lignātib⁹: neq; zelaueritis faciētes iniqui-
tatē: intelligite magis in nouissima eoꝝ: et
cōpatimini eis aīo: ⁊ orate pro eis q preoc
cupati sunt in delicto. Nec enī faciūt mise
ri: qz ignorantiā dei habēt. Mā si cognouis

sent: nunq̄ dñm glie tāta aduersum se in-
sania ꝓuocarēt. ¶Nos aūt dilectissimi excu-
satione de ignorātia nō habemus. ¶Plane
nosti eū quisquis hic es: ⁊ si dixeris q̄ nō
noui eū: eris filius seclarib⁹ mēdax. Deniq̄
si eū non nosti: qs te huc adduxit: aut quo
huc venisti? Alioqn qñ tibi ꝑsuaderi possz
charoꝝ affectib⁹: coꝝ poris voluptatib⁹: se-
culi vanitatib⁹ sponte abrenūciare ⁊ iacta
re cogitatū tuū in dño: ⁊ oēm sollicitudinē
in eū ꝓicere: de quo nihil bene imo tā ma
le ꝑsciētia teste meueras? Quis tibi inq̄z
ꝑsuaderi id posset si nescires: q̄ bon⁹ dñs
sperātib⁹ in se: aie queréti ipm: nisi cogno
uisses ⁊ tu q̄ suauis est dñs ⁊ mitis ⁊ mul-
te misericordie ⁊ verax? Nec aūt vnde no
sti: nisi q̄ nō solū ad te: sz etiā in te venit?
Triplicē enī eius aduentū nouim⁹: ad ho
mines: in hoies: ⁊ra hoies. Ad hoies qui
dē indifferēter: nō aūt ita in hoies aut cō-
tra hoies. Sed q̄ prim⁹ ⁊ tert⁹ noti sunt:
vtpote manifesti: de secūdo q̄ spūalis ⁊ oc
cultus est: ꝑm audi dicentē: Si qs diligit
me: sermonē meū seruabit. Et pater meus
diliget eum: ⁊ ad eū veniem⁹: ⁊ mansionē
apud eū faciem⁹. Beatus apud quē man
sionē facies dñe iesu. Beatus in quo sapiē
tia edificat sibi domū: excidēs columnas
septē. Btā aīa q̄ sedes est sapiētie. Quenā
est illa? Aīa vtiq̄z iusti. ¶Merito plane: q̄
iusticia ⁊ iudiciū ꝑparatio sedis tue. Quis
in nobis est frēs q̄ desideratin aīa sua sedē
parare christo? Ecce quenā illi serica: q̄ ta
petia: qō puluinar oporteat ꝑparari. Ju
stitia inqt ⁊ iudiciū ꝑparatio sedis tue. Ju
stitia virtus est qō suū evnicuiq̄z tribuēs.
Tribue ergo tribus q̄ sua sunt. Redde su-
perioꝝ: redde inferioꝝ: redde eēli: cuiq̄z
quod debes: ⁊ digne celebras aduentum
christi: parās ei in iustitia sedē tuā. Redde
inquā reuerentiā ꝓlato ⁊ obedientiā: q̄rū
altera coꝝdis: altera coꝝ poris est. Nec enī
sufficit exteri⁹ obtēperare maioꝝbus nīs
nisi ex intimo coꝝdis affectu sublimit sen-
tiam⁹ de eis. Qꝝ et si tā manifeste idigna i-
notuerit ꝓlati alicui⁹ vita: vt nihil oīno dis
simulatōis nihil excusatōis admittat: ꝑpt
eū tñ a quo omnis est potestas: ipsum quē
modo talem nouimus excelsum reputare
debemus: non ꝓsentibus persone meri-
tis: sz ordinationi diuine ⁊ dignitati ipsi⁹
officij deferentes. Sic ⁊ fratribus nostris
inter quos viuimus: ipso iure fraternita-
tis ⁊ societatis humane consilij sum⁹ ⁊ au-
xilij debitores. ¶Nec enī volumus vt ⁊ ipsi
nobis impendant: consiliū quo erudiatur
ignorantia nostra: auxiliū quo iuuet infir-
mitas nostra. Sed forte erit inter nos qui
tacitus respondeat dicens: Quod ego cō
silium dabo fratri: cui nec vnū quidē ver-
bum dicere fas est absq̄z licētia? Quod ei
auxilium impendere est: cum nec minimū
aliquid agere liceat absq̄z obedientia? Ad
quod ego: ¶Non deerit certe quod facias:
tantūmō charitas fraterna non desit. ¶Nul
lum ergo consiliū melius arbitror: q̄z si ex-
emplo tuo fratrē docere studeas que opor
teat ⁊ que nō oporteat fieri: ꝓuocans eū
ad meliora: ⁊ consulens ei non verbo nec
lingua: sed opere ⁊ veritate. An vō vtilius
aut efficacius auxilium aliquod est: q̄z vt
ores deuote ꝓ eo: vt non dissimules re-
darguere culpas eius: vt nō modo nullū
ei offendiculum ponas: sed ⁊ sollicitus sis
quantuz ꝓuales tanq̄z angelus pacis de
regno dei scandala tollere: ⁊ occasiones
scandalorum penitus dimouere. Si talem
te fratri consiliarium ⁊ auxiliarium exhi-
bes: reddis ei qō debes: nec habet vnde
causet. ¶Porro si cui forte ꝓlatus es: huic
fine dubio teneris debito: sollicitudis am
plioris. Exigit a te ⁊ ipse custodiā ⁊ disci-
plinā. Custodiā quidē vt possit cauere pec
catū. disciplinā vō vt qō min⁹ cauit: mini-
me maneat impunitū. Qꝝ et si nemini ꝓe
esse videris: habes tñ sub te cui custodiaz
banc ⁊ disciplinā oporteat exhiberi. Dico
aūt corpus tuū: qō sine dubio regendū ac
cepit spiritus tuus: debes ei custodiaz: vt
non regnet i eo peccatū: nec mēbra tua ar
ma fiant iniqtati: debes ⁊ disciplinā: vt di
gnos faciat pñie fructus castigatū ⁊ subdi
tum seruituti. Longe tamē grauioꝝ ⁊ peri
culosioꝝ debito tenentur astricti: qui ꝓ

multis animabus reddituri sunt rationē. Quid ego infelix: quo me vertā? si tantū thesaurū: si pretiosum depositum istud qđ sibi christus sanguine proprio pretiosi⁹ iudicauit cōtigerit negligēti⁹ custodire? Si stillanté in cruce dñi sanguiné collegissem essetq; repositus penes me in vase vitreo qđ z portari sepius oporteret? quid animi habitur⁹ essem in discrimine tāto? Et certe id seruādū accepi: pro quo mercator nō infipiēs ipsa vtiq; sapiētia sanguiné illum dedit. Sed habeo thesaurū istū in vasis fictilibus: z quib⁹ multo plura q̄ vitreis videant iminere pericula. Accedit sane ad sollicitudinis cumulū z pōdus timoris: q; cū z meā z primi ꝓfectā seruare necesse sit: neutra mihi satis ē nota. Utraq; abyssus est: vtraq; inscrutabil': mihi nox est: z nihilominus exigit a me vtriusq; custodia: z clamat: Custos qd de nocte: custos qd de nocte? Nō est mihi dicere cū cayn Nūquid custos frīs mei sum ego. Iz est fateri humiliter cū ꝓpha: q; nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra vigilat q custodit eā. In eo tñ excusabil' ego videor: si vt ꝑdixi: debitā exhibeo custodiā pariter z disciplinā. Q; si proxa quoq; q̄ttuor nō defuerit: dico aūt erga ꝓlatos reuerentiā z obediētiam? ꝓfectū z auxiliū erga frēs: qđ ad iustitiā ptinet: nō ipsa tñ sedē inueniet sapiētia Et fortassis he vident sex columne q̄s excidit in domo quā edificauit sibi? z septima quoq; queréda est: si forte z eā nobis notā facere ipsa dignet. Quid vo ꝓhibet sicut sex in iustitia? septimā quoq; intelligi in iudicio? Neq; enim iustitia sola: sed iustitia iugt z iudiciū ꝓparatio sedis tue. Deniq; si ꝓlatis z eccl̄ib⁹ z inferioribus reddim⁹ qđ oportet? nihil ne accipiet deus? Et ei plane retribuere qđ debet nemo potest? q; tā copiose accumulauerit sup nos misericordiā suā: q; tā multa deliquerim⁹ ei: q; tam fragiles z nihili sumus: q; tā plenus z sufficiens ille sibi z bonoꝝ omniū nostroꝝ non egens. Audiui tñ dicentē eū: cui incerta z occulta sapiētie sue reuelauerat: q; honor regis iudicium diligit. Nihil qđ in se est a nobis exigit amplius: tm̄ iniqtates nr̄as dicamus: z iustificabit nos gratis: vt gr̄a cōmedet. Diligit enī animā: q; in ꝓspectu ei⁹ z sine intermissiōe ꝓsiderat: z sine dissimulatione diiudicat semetipsam. Idq; iudicium nō nisi propter nos a nobis exigit: q; si nosmetipsos iudicauerim⁹: non vtiq; iudicabimur. Propterea sapiēs vereť: oia opera sua scrutat: discutit: z diiudicat vniuersa. Monorat quippe veritatē: q se z sua oia in eo statu quo veritas habet z agnoscit: veraciter z humiliter ꝓfitet. Audi deniq; manifesti⁹ a te iudiciū exigi: post iustitiam. Cū feceritis inqt oia q̄ ꝓcepta sunt vobis: dicite serui inutiles sum⁹. Nec plane q; in homine est digna sedis preparatio domino maiestatis: vt z iustitie mandata studeat obseruare: z semp indignū se se z inutilem arbitretur.

¶ De duplici aduentu z pennis de argentatis Sermo quartus.

DIgnū est frēs IIII
vt tota deuotiōe dñi celebremus aduentū: delectati tanta ꝓsolatione? stupefacti tāta dignatione: inflāmati tanta dilectione. Nec vo solū cogitetis eū: q̄ venit querē z saluū facere qđ pierat: Iz z illū nihilomin⁹ q̄ veniet z assumet nos ad seipm. Utinā circa hos duos aduēt⁹ iugi meditatiōe vsemini ruminātes in cordib⁹ vr̄is q̄ntū in priore p̄stiterit: q̄ntū pmiserit in secundo. Utinā certe dormiatis inter medios cleros. Nec sunt duo brachia spōsi: int q̄ spōsa dormiēs aiebat: Leua ei⁹ sub capite meo: z dextera illi⁹ amplexabit me. Nā in sinistra quidē ei⁹ sicut alibi legim⁹ diuitie z glia: i dextera lōgitudo vite. In sinistra inqt ei⁹ diuitie z gloria. Filij adā: gen⁹ auarū z ambitiosum audite. Quid vobis cū terrenis diuitijs z glia tpali? q̄ nec vere nec vr̄e sunt? Aurū z argentū: nōne terra est rubra z alba? quam solus hominū error facit aut magis reputat pretiosam? Deniq; si vestra sunt hec: tollite ea vobiscum. Sed homo cum interierit nō sumet omnia: neq; descēdet cū eo glia ei⁹. Vere ḡ diuitie nō opes sunt: sed virtutes: q̄s secū ꝓscia portat: vt

impetuum diues fiat. De gloria quoq; dicit apl's: Gloria nostra hec ē: testimonium ꝓscientie nostre. Hec ē vtiq; vera gloria: q̄ ē a spiritu veritatis. Ipse enī spūs testimonū phibet spiritui nostro q̄ filij dei sum⁹. Gloria vo quā abinuicē accipiūt q gloriā que ē a solo deo nō querūt vana ē: qñ vani filij hoiuz. Insipiens tu q mercedes cōgregas i sacco ꝓtusū: q thesauz tuū alieno ꝺoze ꝓstituis: ignoras q̄ arcba ista nō claudik: nec seras habet. Quāto melius sapiūt q thesauz suū ipsi sibi seruāt: alijs nō committūt. Uerū nūqd semp seruabūt? Nun quid semp absc̄dēt? veniet cū manifesta erūt absc̄dita cordiū. Que vo fuerīt ostēdata nō cōparebūt. Hinc ē q̄ veniēte dño fatuarū virginū lāpades extinguunk: q̄ receperūt mercedē suā a dño nescīuntur. Propterea dico vobis charissimi: vtile est absc̄dere magis q̄ obstētare: sicd habemus boni: sicut q mendici cū elemosynas petūt: nō ꝑciosas vestes ostēdūt: sed seminuda mēbra: aut vlcera si habuerint: vt citius ad misericordiā videtis animus inclinet. Quā regulā publicanus ille seruauit: multo melius pharisēo: q ideo descēdit iustificatus ab illo: ideſt ꝓcillo. Tempus ē fratres: vt iudicium incipiata domo dei. Quis vo finis eoz: q nō obediunt euāgelio? Quod iudiciū his: q i hoc iudicio nō resurgūt? Quicūq; enim iudicari dissimulāt eo iudicio quod nūc ē: in quo ꝓnceps mūdi eijcik foras? iudicē expectēt vel magis timeāt: a quo cū ipo ꝓncipe suo: foras eijcient q ipsi. Nos autem si ꝑfecte iudicamur nūc: securi expectemus saluatorē dñz nostrū iesum xp̄m: q reformabit corp⁹ humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Tūc fulgebūt iusti ita vt videre possint: docti pariter et indocti. Fulgebūt enīz ficut sol: in regno patris eoz. Erit au tē claritas solis septēplicik: ideſt sicut lux septē diez. Aduenies enim saluator reformabit corpus humilitatis nostre: ꝓfiguratum corpori claritatis sue: si tū ꝓus fuerit cor reformati q ꝓfiguratū humilitati cordis ipsius. Propter qđ q dicebat: Discite a me: q mitis sum q humilis corde. Considera sane in his verbis: qm̄ humilitas duplex ē: altera cognitiōis: altera affectionis que hic dicik cordis. Priore cognoscimus q̄z nihil sumus: q hāc discim⁹ a nobisipsis q ab infirmitate ꝓpria: posteriore calcam⁹ gloriā mūdi: q hāc ab illo discimus q exinanuit semetipm formā serui accipiēs: qui etiā quesitus in regē fugit: quesitus ad tā ta ꝓbra q ignominiosum suppliciū crucis: sponte obtulit semetipm. Sint ergo si dormire volumus inter medios cleros: ideſt duos aduētus pēne nostre deargētate: vt illā. s. virtutū formā teneamus quā q verbo q exēplo cōmēdauit xp̄s pūs in carne. In argēto sigdē nō incōgrue intelligitur humanitas eius: sicut in auro diuinitas. Omnis itaq; virtus nostra tā lōge ē a virtute vera: q̄z lōge est ab ea forma: q ois pēna nr̄a ad nihilū valet: si nō fuerit deargētata. Magna quedaz pena ē pauptatis: q̄ tā cito volak in regnū celoz. Nam in alijs virtutib⁹ q̄ sequunk: ꝓmissio futuro tpe i dicak: pauptati non tā ꝓmittik q̄z dak. Usq; q pūti tpe enūciatū ē: qm̄ ipoz ē regnum celoz: cū in ceteris dicak: hereditabūt: cōsolabunk q similia. Uidemus autē pauperes aliquos: q si verā haberēt pauptatem nō adeo pusillanimes inuenirent q tristes vtpote reges q reges celi. Sz hi sūt q pauperes eē volūt: eo tū pacto: vt nihil eis desit: q sic diligunt pauptatē: vt nullā inopiā patiank. Sunt q alij mites: sed q̄z diu nihil dī q agik: nisi p eorū arbitrio. Patebit au tē q̄z lōge sint a vera māsuetudine: si leuis ouak occasio. Hec māsuetudo quō heredi tabit: que ante hereditatez deficit? Alios quoq; lugentes video: sed si de corde ꝓcederēt ille lachrime: nō tam facile illico soluerentur in risum. Nūc aūt cū abūdātius ociosa q scurrilia verba ꝓfluant q̄z ꝓus lachrime sed lachrimas: huiulmodi de his esse nō arbitror: qbus ꝓsolatio diuina ꝓmittik: qñ qdē post illas tā facile cōsolatio tā vilis admittik. Alij tā vehemēter cōtra alioz delicta zelāt: vt videri possent esurire q sitire iusticiā si esset apud eos: de suis quoq; peccatis idē iudiciū: sed nunc pondus q pōdus vtrūq; abhominatio ē apud

deū. Nā ꝓtra alios tā imprudēter q̄z īmaniter estuāt: seipos q̄z insipiēter inutiliter palpāt. Sunt alij misericordes de his que ad ipos non pertinent? qui scandalizantur q̄ non datur omnibus abundāter: sic tamen vt ipsi nec in modico quidem grauētur. Qui si misericordes essent: de suo facere deberent misericordiam si nonpossunt de terrena substantia: de volūtate bona darent his: qui contra eos forte peccare viderentur indulgentiam: darent dulce signum verbum bonuz qnod est superdatum optimum: vt eorum mentes ad penitentiā prouocarent. Deniq̄z ꝓ his ꝙ omnibus quos in peccato esse cognoscerent: compassionem impenderent ꝙ orationem. Aliogn misericordia illoz é? ꝙ misericordiam cōsequent nullā. Item sunt q̄ peccata sua sic ꝓfitent: vt videri possent ex desiderio mūdādi cordis id agere: omnia enim i ꝓfessione lauantur: nisi q̄ ea que ipsi sponte dicūt alijs: ab alijs patiēter audire non possunt. Qui sivere mūdari desiderarent vt videnť: non irritarenť sed haberent ei gratiā: q̄ suas illius maculas demōstrarēt Sūt ꝙ alij q̄ si viderūt quēpiaz vel leuiter scādalizatū: valde soliciti sunt quō eum in pacem reducere possint: ꝙ viderentur pacifici nisi q̄ eoz cōmotio si forte quicq̄z ꝓtra eos factū dictūue videbitur tarditus vniuersis poterit difficiliusq̄z sedari. Qui nimiz si vere pacē diligeret: aut dubium q̄n eā quereret sibi ipsis. De argentemus igit pēnas nostras in xp̄i q̄uersatiōe: sicut ꝙ martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione. Imitemur quoad possum⁹ eum: qui sic dsexit paupertatez vt q̄z̄uis i manu eius essent fines terre: tamē nō habuit vbi caput reclinaret: ita vt discipl'os adherētes ei: legamus fame cōpulsos: spicas manibus ꝓfricasse cpū sata transirent quiq̄z tanq̄z ouis ad occisionē ductus é: sicut agnus coz̄ tondēte se obmutuit: ꝙ nō aperuit os suū: qué ꝙ sup lazaz ꝙ sup ciuitatē fleuisse: ꝙ in oratiōib⁹ pnoctasse legim⁹: ꝙ risisse vo aut iocasse nusq̄z: qui sic esuriuit iusticiā: vt cū ppria nō haberet tantam ꝓ peccatis nostris a seipo exegerit satisfactionē? vnde in cruce nihil aliud q̄z iusticiaz sitiebat: q̄ ꝓ inimicis mori nō dubitauit: et orauit ꝓ crucifixoribus suis? q̄ peccatū nō fecit ꝙ ipositā sibi ab alijs patiēter audiuit qui ꝓ reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit.

¶ De aduentu medio et triplici innouatione. Sermo quintus.

V

Primus nup bis q̄ dargētauerūt pennas suas dormiendū inter medios cleros: duos significātes aduētus: sed vbi sit dormiendum nō diximus. Tertius enim quidā aduētus ē medius inter illos: in quo delectabiliter dormiūt qui eū nouūt. Illi enim duo manifesti sunt: sed nō iste. In ꝓre quidem in terris visus ꝙ cū hoibus conuersatus ē: q̄si si cut ipe testat: ꝙ viderunt ꝙ oderūt? In posteriore vero videbit omnis caro salutare dei nostri: ꝙ videbunt in quē trāfixerunt ¶ Medius occultus é: i quo soli eū inseipis videt electi: ꝙ salue fient anime eoz. In ꝓmo enim venit in carne ꝙ in infirmitate: i hoc medio in spū ꝙ virtute: in vltimo i gloria ꝙ maiestate. ℣ Per virtutē enim pueniť ad gloriā: q: dns virtutuz ipe é rex gloriе: Et itē alibi ait idē ppheta: vt videré virtutē tuā ꝙ gloriā tuā. Aduentus siquidē iste medius: via quedā é: p quā a ꝓmo veniať ad vltimū. In ꝓmo fuit xp̄s redēptio nr̄a in vltimo apparebit vita nostra: in isto vt dormiamus inter medios cleros: requies é ꝙ ꝓsolatio nostra. Sed ne cui forte inuenticia videanť que de hoc aduentu medio dicimus: ipm audite. Si quis diligit me i quit: sermonē meū seruabit: ꝙ pater meus diliget eū: ꝙ ad eū veniemus. Sed quid é siquis diligit me sermonē meū seruabit? Legim⁹ enim alibi: Qui timet deū faciet bona. sed plus aliquid dictū audio vl' sentio de diligente: quia sermones seruabit. Vbi ergo seruandi sunt? Haud dubiū qn in corde: sicut ait ppheta: In corde meo abscōndi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Sed quomodo seruandi? An sufficit sola eos seruare memoria? At vero sic seruanti dicet apostolus: qñ scientia inflat. Deniqz z memoriam facile delet obliuio. Sic serua sermonem dei quomodo melius seruare potes cibū corporis tui. Mā z ille panis viuus é: z cibus mentis. Panis terrenus dum in archa é: potest a fure tolli: potest a muri corrodi: potest vetustate corrūpi. Ubi vo comederis illū: quid bonum times? hoc modo custodi verbū dei. Beati enim qui custodiunt illud. Ergo trabiciat in viscera quedā anime tue: transeat in affectiones tuas z in mores tuos. Comede bonum: z delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliuiscaris comedere panez tuū ne exaresçat cor tuum: sed adipe z pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum dei seruaueris: haud dubiū quin ab eo seruaberis. Veniet enim ad te filius cum patre: veniet ppheta magnus qui renouabit hierusalem: z ille noua faciet oīa. Hoc enim facit hic aduentus: vt sicut portauimus imaginem terreni: sic z portemus et imaginem celestis. Sicut fuit vetus adaz per totū hominem effusus: z totum occupauit: ita modo totum obtineat xp̄s: q totum creauit: totum redemit: totum z glorificabit: quiqz totum hominem saluum fecit in sabbato. Erat in nobis aliquādo vetus homo? preuaricator ille erat in nobis: taz in manu q̄z in ore z in corde. In manu dupliciter: per facinus z flagitium: in ore similiter: per arrogantiam z detractionē: in corde quoqz per desideria carnis: z desideria glorie temporalis. Nunc autē si qua noua creatura in xp̄o: vetera transierūt: z contra facinus: in manu innocentia: contra flagitium continentia est: in ore contra arrogantiam verbum confessionis: cōtra detractionem verbuz edificationis: vt recedant vetera de ore nostro: in corde vero: cōtra carnis desideria charitas: humilitas contra gloriam temporalem. Et vide si non in his tribus christum dei verbum recipiant singuli electorum: quibus dictū est: pone me signaculum super brachium tuum: signaculum super cor tuum. Et alibi: Prope est verbum in ore tuo: z in corde tuo.

De tertio aduētu z carnis resurrectione. Sermo sextus.

VOlo vos frēs: non ignorare tempus visitationis nostre: sed ne illud quidem quid hoc tempore visitetur in nobis. Animabus enim hoc tempus est non corporibus assignatum: q̄ videlicet longe dignior anima corpore: priorem sibi sollicitudinem naturali ver dicetur dignitate. Sed z prior reparanda est: quam constat corruisse priorem. Anima siquidem corrupta in culpam: fecit vt corpus quoqz corrumperetur in penam. Deniqz si christi membra volumus inueniri: sequendum nobis est sine dubio caput nostrum: vt videlicet prima reparandarum sit solicitudo animarum: pro quibus ipse iam venit: z quarum prius mederi studuit corruptioni. Corporis vero curam illi magis tempori reseruemus: z differamus in illum diem quo reformandi gratia corporis est venturus: sicut meminit apostolus dicens: Saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostre: configuratum corpori claritatis sue. In priori siquidem aduentu: tanqz preco vel magis vere preco ipsius iohannes baptista clamat: Ecce inquiēs agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Non dicit morbos corporis non molestias carnis: sed peccatum quod est morbus anime z corruptio mentis. Ecce qui tollit peccatum mundi. Unde? Utiqz a manu: ab oculo: a collo: demum etiam a carne ipsa cui altius infixuz est. Tollit peccatum a manibus commissa peccata delens: tollit ab oculo purgans cordis intentionem: a collo violentam: remouens dñationē sicut scriptum est: Sceptrū exactoris eius superasti in die madian. Itēqz: Cōputrescet iugum a facie olei. Et aplus loquitur dicens: Ut non

regnet peccatuz in vestro mortali corpore Siquidem alio in loco ait idem apostolus: Scio inquit q̄ non est in me bonum: hoc est in carne mea. Et alibi: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Sciebat nimirum non prius liberanduz se esse a pessima illa radice que carni infixa est a lege peccati q̄ est in membris nostris donec ab ipso corpore soluere tur. Unde t cupiebat dissolui t esse cum christo: sciens q̄ pctm̄ sepans inter nos et deum penitus auferri nō poterit donec liberemur a corpore. Audistis de quodam qui dñs curauit a demonio qm̄ collidens t multū discerpés eum demō exuit ab eo Ita dico vobis genus illud pctī quod totiens ꝓturbar nos: ꝓcupiscentias loquor t desideria mala: repimi qdem debet t pōt p gr̄am dei vt nō regnet in nobis: nec demus membra nr̄a arma iniquitatis pctō: t sic nulla damnatio est his q̄ sunt in christo iesu: sed nō ejcit nisi in morte qñ sic discerpimur vt aīa nostra separet a corpore Habes ad qd venerit christus t cui intendere debeat xp̄an⁹. Propterea noli o corpus: noli p̄pere tpa. Potes enī aīe impedire salutē: tuam ipsius opari non potes. Omnia tps habēt. Patere vt nūc aīa p se laboret: magis aūt etiā collabora ei: qm̄ si cōpateris t cōregnabis. Quantū eius impedis repationē tm̄ impedis tuam: q̄ nimirum repari ante nō poteris: donec suā in ea de⁹ imaginē videat reformatā. Nobilē hospitē habes o caro: nobilē valde: t tota salus tua pendet de eius salute. Da honorē hospiti tāto. Tu qdē habitas ī regione tua: aīa vero pegrina t exul apud te est hospita. Queso te qs rusticus si forte nobilis t prepotens qsp̄iam apud eum voluerit hospitari: non libenter in angulo domus sue aut sub gradib⁹ suis vl in ipis cineribus accubabit: cedens hospiti suo locum sicut dignū est potiorē? Et tu ergo fac simili? Iniurias vl molestias tuas ne reputaueris: tm̄ vt hospes tuus honorifice possit apud te demorari. Honor tibi ē: vt p eo interī te exhibeas in honorū. At ne forte despicias aut parupēdas hospitē tuū p eo q̄ pegrinus tibi videt t aduena diligenter atte de quid tibi hospitis huiꝰ pūtia largiat. Ipse enī est q̄ tribuit oculis visum: auditum auribus p̄stat: ipse qui lingue vocem: palato gustum: motum mēbris omnibus subministrat. Siquid in te siquid sensus siqd in te decoris est: huius hospitis beneficium recognosce. Deuiq̄ discessus eius ꝑbat quid ꝑsentia cōferebat. Protinus enī aīa discedente lingua silebit: oculi nil videbunt: obsurdescēt aures: corꝰ oē rigebit: facies expalescet. Inbreui quoq̄ totuz cadauer putrescet t putridum fiet: t deco: ois in sanie cōuerter. Ut quid ergo p tempozali qualibet delectatione ꝓtristas t ledis hospitem istum: qui nec sentire quidem vllo modo poteras nisi p ipsum? Adhuc si tm̄ tibi cōfert exul t inimicitiarum causa a facie dñi sui electus: quātuz tibi p̄stat recōciliatus? Noli o corpus noli impedire reconciliationē illā: grādis tibi exinde gloria ꝑparat. Patienter immo t libenter temetipsum expone ad omnia: nihil dissimilesq̄ huic videatur reconciliationi posse p̄odesse. Dic hospiti tuo: quia recordabitur dñs tuus t restituet te in gradum pristinum: t tu memento mei. Omnino enim memor eris tui in bonū si bene seruieris ei: t cuz peruenerit ad dominū suum suggeret ei de te t loquetur bonum p̄o bono hospite dicens: Cum in vltionem culpe sue exularet seruus tuus: pauper quidā apud quez hospitatus sum fecit mecum misericordiā t vtinam retribuat p̄o me domin⁹ meus Primo siquidem omnia sua: debinc etiā semetipsuz exposuit vtilitatibus meis nō parcens sibi ꝓpter me: in ieunijs multis: in laboribus frequenter: in vigilijs supra modum: in fame t siti: etiam in frigore et nuditate. Quid igitur? Profecto non mētitur scriptura que dicit: Uoluntatem timentium se faciet: t deprecationem eoꝝ exaudiet. O si forte gustare dulcedinē hāc si forte gloriā istam valeas estimare. Dira enim dicturus sum: sed tamen vera et oīo idubitata fidelib⁹. Ipe dñs sabbaoth dñs virtutum t rex glie: ipse descēdet ad

reformãda corpora nostra ⁊ ꝓfigurãda corpori claritatis sue. Quãta erit illa glia: q̃ ineffabilis exultatio: q̃ creator vniuersitatis: q ꝓ aiab⁹ iustificãdis humil' ante venerat ⁊ occult⁹: ꝓ te glorificãda o misera caro sublimis veniet ⁊ manifestus: nõ iam in infirmitate: sed in glia ⁊ maiestate sua? Quis cogitabit die aduẽt⁹ illius: q̃ descẽdet cũ plenitudine luminis: precurrẽtib⁹ angelis ⁊ tube ꝙcẽtu excitãtib⁹ de puluere corpus inops: ⁊ rapiẽtibus illud obuiã christo in aera? Quousq; igit caro misera: insipiẽs: ceca demẽs: ⁊ prorsus insana caro trãsitorias ⁊ caducas querit cõsolationes imo desolationes: si forte cõtingat repelli ⁊ indignã iudicari hac gloria: magis autẽ nihilomin⁹ ineffabili in eternũ excruciari pena? Non sic obsecro frẽs mei nõ sic: quinimo delectet in huiusmodi meditatorib⁹ aia nostra: quin etiã caro nostra requiescat in spe: saluatorẽ expectans dñm iesum christũ: q reformabit illam ꝓfiguratã corpori suo. Siceni ait ꝓpheta: Sitiuit in te aia mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. Desiderabat siquidem aia prophetalis aduentũ priorẽ: quo se nouerat redimendã: sed multo amplius caro desiderabat aduentũ posteriorẽ ⁊ glorificationẽ suam. Tũc enim implebunt desideria nostra: ⁊ plena erit maiestate dñi ois terra Ad quã gloriã: ad quam beatitudinẽ: ad quã demiq; pacẽ: q exuperat oẽm sensum: ipse nos sua misericordia perducat: nec cõfundat nos ab expectatione nostra saluator qué expectamus iesus christus dñs noster: q est sup oia deus bñdictus in secula.

VII De triplici vtilitate aduentus domini. Sermo septimus.

Si deuote celebram⁹ aduẽtũ dñi: id facim⁹ qd oportet. Siqdez non mõ ad nos: sed ⁊ propter nos venit: q bonoꝝ nostroꝝ nõ eget. Uerũ nostre quidẽ indigẽtie quãtitatẽ manifestus ipsa dignationis eius indicat magnitudo. Nec mõ periculũ egritudinis ex ipso precio medicamẽnis innotescit: sed inualitudinũ numerus ex multitudine remedioꝝ. Ut quid enim diuisiones gratiarũ sunt: si nõ videt necessitatũ vlla diuersitas? Et quidẽ difficile est vniuersas vno sermõe prosequi indigẽtias q̃s experimur: sed occurrit mihi interim tres cõmunes oib⁹: ⁊ quodãmodo principales. Nemo enim reperit in nobis: qui nõ interim ⁊ ꝓfilij ⁊ auxilij ⁊ ꝓfidij indiguus videat. Numerũ generalis est humano generi miseria triplex: ⁊ quotquot degimus in regiõe vmbre mortis: in infirmitate corporis: in loco tẽtationis: si diligẽter aduertimus: triplici hoc incõmodo miserabiliter laboram⁹. Nam ⁊ faciles sum⁹ ad seducẽdũ et debiles ad operandũ: ⁊ fragiles ad resistendũ. Si discernere volum⁹ inter bonũ et malũ: decipimur: si tẽtam⁹ facere bonũ deficim⁹: si conamur resistere malo deijcimur ⁊ supamur. Necessarius pinde saluatoris aduẽtus: necessaria sic preoccupatis hoib⁹ pñtia christi. Atq; vtinã sic veniat: vt copiosissima dignatione sua ⁊ in nobis p fidẽ habitãs illuminet cecitatẽ nostrã: ⁊ nobiscũ manẽs adiuuet infirmitatẽ nostrã: ⁊ pro nobis stans fragilitatẽ nostram ptegat ⁊ propugnet. Si enim ille in nobis: quis iam decipiat nos? Si ille nobiscum: quid de cetero nõ possim⁹ in eo q ꝓfortat nos? Si ille pro nobis: quis ꝓtra nos? Fidelis ꝓfiliarius est: qui neq; falli oino nec fallere queat. Fortis auxiliarius: q nõ lassescat. Patron⁹ efficax: q ⁊ ipsum sathanã sub pedib⁹ nostris velociter ꝙterat: ⁊ oia eius machinaméta ꝓfringat. Numerũ ipse est dei sapiẽtia: cui semper in promptu sit instruere ignorãtes: ipse dei virtus: cui facile sit ⁊ deficiẽtes reficere ⁊ eripere periclitãtes. Ad hũc ergo tantũ eruditorẽ fratres mei in omni deliberatione curram⁹: hũc tã strẽnuũ aduitorẽ in omni opatiõe inuocem⁹: hunc tã fidoꝝ propugnatorꝝ in oi colluctatione cõmittamus aias nostras: q ad hoc ipsum venit in mundũ: vt habitãs in hoibus: cũ hoib⁹: pro hoib⁹ ⁊ tenebras nras illuminaret: ⁊ laboꝝes leuaret ⁊ pericula propulsaret.

¶ In vigilia sancti Andree apostoli Sermo vnicus.

VIII

ens charitate. Quid tu times o homo? qd trepidas a facie domini: quia venit? Venit vtiq; non iudicare sed saluare terram. Olim tibi persuasum est ab infideli quodã seruo: vt furtim tolleres et imponeres regum diadema capiti tuo. Deprehensus in furto quid ni timeres? quid ni fugeres a facie eius? Forte enim iam gladium vibrabat ignitum. Nunc in exilio positus in sudore vultus tui vesceris pane tuo: et ecce vox audita est in terra: quia aduenit dominator. Quo ibis a spiritu eius? & quo a facie eius fugies? Noli fugere: noli timere: non venit cum armis: non puniendum sed saluandum requirit. Et ne forte dicas etiam: Nunc vocem tuam audiui & abscõdi me: ecce infans est & sine voce. Naz vagientis vox magis miseranda est q̃z tremẽda. Aut sic ni forte terribilis: sed non tibi. Parvulus factus est: tenera membra virgo mater pannis alligat? ad huc tremore trepidas? Vel in hoc scies: quia non venit perdere te: sed saluare: eripere non ligare? Jam aduersus hostes tuos dimicat: iam superborum & sublimium colla: tanq̃z dei virtus & sapientia calcat. Duo tibi sũt hostes: peccatum et mors: idest mors corporis & animę: vtrũq; debellaturus aduenit & ab vtroq; saluabit te: noli timere. Et iam quidem peccatum in propria persona vicit: quando naturam humanam sine vlla contagione susc̃epit. Grandis enim peccato facta est violentia? & vere superatum est & deiectum: quando natura quaz se infeciſſe & occupasse gloriabatur. & ab eo penitus aliena in christo inuẽta est. Debinc persequitur inimicos tuos et comprehendit eos: nec conuertitur donec deficiant. Contra peccatum enim dimicans in conuersatione sua verbis pariter et exemplis oppugnat: sed in passione sua alligat illud. Alligat plane fortem: et diripit vasa eius. Jam vo eodem ordine mortem quoq; superat primus in seipo cum resurgit: primitie dormientium & primogenitus mortuorum? postmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis: quando videlicet susc̃itabit mortalia corpora nostra et destruet̃ nouissima inimica mors. Propterea enim resurgens decorem indutus est: nõ sicut antea nascens pannis involutus est. Propterea q primus sinu misericordie affluebat nõ iudicans quemq̃z: resurgens precinxit se & iusticie cingulo videtur quodammodo effluentem sinũ misericordie collegisse: quoniam extunc preparatur ad iudicium qd̃ in nostra est resurrectione futurum. Nam & propterea paruulus antea venit: vt misericordiam prerogaret: et futurum in fine iudicium precurrens misericordia temperaret. Licet enim paruulus ad nos venerit: non parum tamen attulit: non parum contulit nobis. Si queris quid attulit? primum omnium attulit misericordiam: secũdum quam teste apostolo? Saluos nos fecit. Neq; enim his tñ profuit: quos tunc presens inuenit: sed fons est qui nunq̃z poterit exhauriri. Fons nobis est dominus xps vnde lauemur: sicut scriptũ ẽ: Qui dilexit nos et lauit nos a pctis nostris. Verũtamen non iste solus aquaz vsus ẽ: nec sordes abluit: et sitim extinguit. Beatus vo ait sapiens: qui in sapientia morabitur: et in iusticia meditabitur. Et post pauca: Aqua inquit sapientie salutaris potabit illum. Bene sapientie salutaris: quoniam sapientia carnis mors est: et sapientia mundi et ipsa inimica ẽ deo. Sola que ex deo est sapientia est salutaris: que sm beati iacobi diffinitionem: primum quidẽ pudica. deinde pacifica est. Nam sapientia carnis voluptuosa est non pudica: sapientia mundi tumultuosa non pacifica. Sapientia vero que ex deo est: primum quidem pudica est: non querens que sua sunt sed que iesu christi? vt non suam quisq; faciat voluntatem: sed consideret que sit voluntas dei: deinde pacifica: non habũdãs in sensu suo. sed alieno magis acquiescens concilio vel iudicio. Tertius aquarũ vsus est irrigatio? quam profecto maxime necessariam habent nouelle maxime plantatiões: alioquin aut minus proficient: aut ex toto pibunt p̃ nimia siccitate. Querat g

deuotionis aquas quisquis seminauit bonoꝝ operꝝ semina? vt rigatus fonte gratie bone cōuersatiōis ortus nō arescat: sed in perpetua viriditate ꝓficiat. Orat enim ꝓ huiusmodi ꝓpheta: Et holocaustū tuū inquiens pingue fiat. Sic ⁊ i laudibus aarō legis: quando sacrificiū eius quottidianꝰ ignis assumpsit. Jn quibꝰ omnibus nihil aliud intelligenduꝫ puto videꝫ: nisi vt bona opera feruore deuotionis ⁊ dulcedine spiritualis gratie cōdianꝫ. Putas inueniri poterit quartus fons: vt paradisum recuperemus quattuor fontium irrigatione ameniſſimū? Nam si terrenuꝫ paradisum denuo nobis reddēdū nō speramus? quo modo regnū celeste sperabimus? Si terrena ingt dixi vobis ⁊ non creditis? quomodo si dixero vobis celestia credetis? Nūc aūt vt de exhibitione pñtiū firma sit expectatio futuroꝝ: padisō habemꝰ multo melioꝛe ⁊ lōge delectabilioꝛē q̄ꝫ ꝓmi parētes habuerīt: ⁊ padisus noster xps dñs ē. Jn quo tres qdē iā fontes inuenimus: quartū queramus. Habemus de fonte misericoꝛdie ad diluēdas culpas aquas remissiōis: Habemus de fonte sapiētie ad portandaꝫ sitim nostrā aquas discretiōis: Habemus de fonte gratie ad irrigandas bonoꝝ operū plātas aquas deuotiōis. Queramꝰ ad decoquēdos cibos aquas feruētes aquas emulatiōis? que sine dubio cōdūt ⁊ decoquunt affectiōes nostras: ⁊ ebulliūt de fonte charitatis. Unde ait ꝓpheta: Cōcaluit cor meū intra me: ⁊ in meditatiōe mea exardescet ignis. Alibi quoq; Zelus inquit domus tue comedit me. Siquidem ex dulcedine deuotiōis diligēs iusticiā: ex feruore emulationis odio habet iniqtatē. Et vide ne forte de fontibus istis ꝓdixerit Jsaias: Haurite aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Hā vt ꝓmissionē hāc vite ꝑsentis cē noueris nō future: illud attende qđ sequit: Dicetis in illa die cōfitemini dño ⁊ inuocate nomē eius. Jnuocatis qppe ꝑsentis ē tpis: sicut scriptū ē: Jnuoca me in die tribulatiōis. Porro ex his quattuor fōtibus tres qdē ꝓprie conuenire vident tribus ecclesie ordinibus: singuli singul. Hā primus quidem omnibus ē cōmunis. Jn multis enim offendim⁹ omnes? ⁊ habem⁹ necessariuꝫ fontē misericoꝛdie: quo possimus eaꝝ offensionuꝫ abluere sordes. Oēs inquā peccauimus ⁊ egem⁹ gloria dei. Et ꝑlati ⁊ ꝙtinētes ⁊ cōiugati. si dixerimus: qꝛ peccatū nō habemus: nosipos seducimus. Una ergo nemo mūdus a sorde: necessarius est omnibus fons misericoꝛdie ⁊ pari voto debēt ad hūc fontē noe daniel ⁊ iob ꝓperare. Decetero iob qdē maxime fontē sapiētie querat: quoniā ipe magis inter medios laqos ambulat: ita vt sit salus magna qđ a malo declinat. Danieli vo currē dū ē ad fontē gratie: cui nimiꝝ penitentie opera ⁊ laboꝛes abstinētie deuotionis gra necesse ē irrigare. Oportet enim vt nos maxime i hilaritate omnia faciamus: qm̄ hilarē datoꝛē diligit deus. Uerum terra nra nequaq̄ fertilis est huiusmodi semimus bone. s. cōuersatiōis: peribit facile: facile contabesceret: nisi crebris irrigatiōibus adiuuetur. Usi ⁊ in oꝛone dñica huiusmodi gra sub quottidiani panis nomine. quottidie postulamus. Oꝛ enim timēdum nobis ne forte cadat super nos terribilis illa maledictio ꝓphetice imprecationis: Fiant sicut fenū tectoꝝ qđ ꝓsq̄ꝫ euellaꝫ exaruit. Fōs vo emulatiōis noe ꝙnit specialius: qꝛ ꝓ latos decet hic zelus. Quattuor itaq; fontes istos adhuc in carne viuētibus nobis in semetipo xps exhibet? quintum qui est fons vite post hoc seculum reprimittens: ad quem sitiebat ꝓpheta cū diceret; Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū. Et forꝛ tassis ꝓpter hos quattuor fontes: q̄ttuor i locis vulneratus ē xps adhuc viues i cruce: ꝓpter quintū cū iā tradidisset spiritus transfixus ē in latere. Uiuebat adhuc qñ foderunt manus eius ⁊ pedes: vt nob adhuc viuentibus quattuor fontes ex seipso ꝓferret. Quintuꝫ ptulit vulnus cū iam expiraſſet: vt in se nihilominus qntū fontes nobis post obitū aperiret. Sed ecce iā dū loqui cepimus ō mysteriys natiuitatis: deuenimus subito ad perscrutanda sacramēta dñice passionis. Nec id miruꝫ videaꝫ si querimus in passione qđ i natiuitate sua

ꝓpo attulerit: tunc enim conscisso sacco. pecuniam que latebat in preciuz nostre redẽptionis effudit.

¶ Item vnde supra De tribus mixturis. Sermo secundus.

xxj MAgna opa domini: ait ꝓpheta dauid. ¶Magna quidẽ omnia opera eius fratres? siquidem magnus ⁊ ipe ẽ: sic ad nos maxime spectant que i eis maxima esse videtur. Hinc ẽ qđ psallit idẽ ꝓpheta dicens. ¶Magnificauit dñs facere nobiscuz. Deniqz qz magnifice nobiscum agat: specialiter tria quedã eius opera clamant ꝑme creationis: ꝑsentis redemptionis: future glorificatiõis. Oz magnificata sunt in singulis opera tua dñe. Tuũ ẽ virtutem operum tuorum annũciare populo tuo: nos ipa saltem opera nõ silemus. Triplicem fratres cõmixtionẽ in his considerare ẽ: celestis plane operis ⁊ diuine virtutis. Nam in primo quidem opere conditionis nostre de limo terre plasmauit hominem deus: ⁊ inspirauit in faciem eius spiritum vite. Qualis artifex. qualis vnitor rerum: ad cuius nutum sic conglutinãtur sibi limus terre ⁊ spiritus vite. Limus quidem iam ante creatus erat: quando in ꝑncipio creauit deus celum ⁊ terram. At spiritus sane nõ cõmunem. sed ꝓpriam habebat conditionez: nec in massa creatur: sed singulari quadam excellentia inspiratur. Agnosce o homo dignitatem tuam: agnosce gloriam conditionis humane. Est tibi cum mundo corpus: sic enim decet eum q constitutus ẽ super vniuersam huius creature corporee molem. aliqua similari ei ex parte: sed ẽ tibi etiam sublimius aliqd nec ommno cõparandus es ceteris creaturis. Compacta ⁊ federata sunt in te caro ⁊ anima: illa plasmata. hec inspirata. Sed cui⁹ interest hec cõmixtio? cui hac vnione prestatur? Etenim iuxta sapientiam filiorum huius seculi: vbi sociantur simis inferiora prevalent qui potestatem habent: ⁊ humilioribus vtuntur ꝓ libitu suo. Lõculcat fortior minus fortem? ridet sapiens indoctum: simplicem fallit astutus: potẽs despicit imbecillem. Non sic in opere tuo deus. non sic in tua cõmixtione? non ad hoc soci asti spiritum limo: sublimez humili. dignã ⁊ excellentem creaturam abiecte ⁊ inutili masse. Quis non videat fratres quantuz corpori prestet anima? Nunquid nõ truncus esset insensibilis caro inanimata? Ab anima enim pulchritudo? ab anima incrementum: ab anima claritas visus ⁊ sonus vocis. Deniqz sensus hominis ab anima est. Charitatẽ mihi coniunctio ista cõmendat: charitatem in hac ipa conditionis ꝓprie pagina lego. Charitatez statim in ipso principio. non solum predicat: sed ingerit mihi manus benignissima creatoris. Et q dem magna hec coniũctio dilectissimi: sed si stabilis permansisset. Nunc autem ꝛz diuino fuerit munita sigillo? ad imaginẽ qppe ⁊ similitudinem suam creauit hominez deus: heu diruptum est sigillum et vnitas dissipata. Accedens pessimus ille latro recens adhuc sigillum fregit: ⁊ sic mutata similitudine diuina, comparatus ẽ miser homo iumentis insipientibus et similis fact⁹ est illis. Rectum quippe fecit deus hominem? atqz hec similitudo eius: de quo scriptum est: Quia rectus dñs deus noster. et non est iniquitas in eo. Veracem quoqz ⁊ iustum fecit eum sicut ⁊ ipe veritas ⁊ iusticia est: nec vnitas ipa posset dissiungi. dum sigilli huius integritas permaneret. Vere superuenit falsarius qui indoctis sigilluz promittens meli⁹: ve ve fregit qđ erat manu diuinitatis impressum. Eritis inquit sicut dij scientes bonum ⁊ malum. O malivole: o maligne? ad quid eis huius similitudo sciẽtie? Sint certe sicut dij recti iusti veraces sint: sicut deus in quem peccatuz nõ cadit. Hoc quippe sigillo stante: stabit vnitas illa. Jaz experimur miseri quid nobis persuaserit versutia diabolice fraudis. Fracto nãqz sigillo: sequitur amaruz discidium. triste diuortiũ. Vbi est quod dixisti neqz? nequaqz morieminí? Ecce enim morimur omnes: ⁊ non est homo qui viuat ⁊ non videat mortem. Sed quid erit domine deus? Nunqz ne reparabit opus tuũ?

ꝛ q̄ ceciderit nō adijciet vt resurgat? Non est qui reficiat: nisi q̄ fecit. Itaq̄ propter miseriam inopum ꝛ gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. Siquidē nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniq̄tatis non apponet nocere ei. Nouam ingt ego facio cōmixturam: vbi expressius ꝛ robustius appono sigillum? eum qui non ad imaginem meam factus est: sed est ipa imago splendor gloriꝫ ꝛ figura subsstantie: non factus sed genitus ante secula. Et ne forte timeas esse frangendum? aruit inquit tāq̄ testa virtus mea: sed talis testa quā nec ipse malleꝰ vniuerse terre nocere vllo modo possit. Sane cuꝫ prima ex duobus facta sit. secunda iam coniunctio fit ex tribus: vt discas ex hocipso ad sacramentum accedere trinitatis. Verbuꝫ quod erat in principio apud deū ꝛ deꝰ erat? anima que de nihilo creata est ꝛ ante nō erat: caro de massa corruptionis sine corruptiōe aliqua diuino segregata artificio: qualis nulla iā caro erat. vinculo indissolubili in pſone coeunt vnitatem. Habes in his triplex genus potētie. Quod nō erat creatum? quod perierat reparatum: quod super omnia erat paulominus ab angelis minoratum. Nec sunt euangelica illa tria sata farine que pariter fermentantur: vt fit panis angelorum quem manducet homo: panis cōfirmans cor hominis. Felix mulier benedicta in mulieribus: in cuius castis visceribus superueniente igne spiritus sancti coctꝰ est panis iste. Felix inq̄ mulier: que i hec tria sata īmisit fidei sue fermentum. Siquidem fide concepit? fide peperit: ꝛ vt dixit helisabeth, btā que credidit perfecta sunt in ea que dicta sunt ei a domino. Nec mireris q̄ eius fide mediante vnitum dixerim verbum carni: quādo quidem ꝛ carnem ipsaꝫ de eius carne susceperit. Sane ne hoc quidem presenti expositiōi obuiare potest: quod de celestis regni dicitur similitudine. Neq̄ enim indignum videtur si celorum regnum fidei marie comparatur: qua ꝛ reparatur. Habꝰ itaq̄ vinculum vnionis nulla omnino soluere poterit creatura. Siquidem nec princeps huius mundi habet in eo quicq̄ḋ: nec ipse ioannes soluere dignus est corrigiam calciamenti. Quid tamen? Soluatur certe aliquatenus necesse est: alioquin quod dissolutum est nō resolidatur. Panis integer. thesaurus absconditus. sapientia occulta: Que vtilitas in his omnib⁹? Merito flebat ioannes non inueniri qui aperiret librum ꝛ solueret signacula eius. Dum enim clausus staret: nemo ex nobis diuinam illam attingere sapientiaꝫ preualeret. Aperi tu librum agne dei mansuetudo vera? fodiendas expone in deo manus tuas ꝛ pedes: vt procedat qui in eis latet thesaurus salutis ꝛ copiosa redemptio. Frāge deniq̄ esurienti panem tuum. Solus enim frangere potes? qui solus vt confracta solides stare potes: ꝛ in ipsa confractione solus potestatem habes ponendi animam cum volueris resumendam. Tua igitur miseratione soluatur aliquatenus templum hoc: sed non penitus dissoluatur. Saparef ab anima caro? sed verbum sane ꝛ carnis seruet incorruptionem ꝛ anime plenam conferat libertatē: vt sola inter mortuos libere agat. educens vinctos de domo carceris. sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis. Donat aīa sancta carnem immaculatam: sed resumendam tertia die: vt moriens morte perimat: ꝛ vita hominum cum resurgente resurgat. Ita factum est dilectissimi: ꝛ ita factum eē gaudeamus. Morte illa mors mortua est: ꝛ regenerati sumus in spem vite: per resurrectionem iesu christi ex mortuis. Jam qd futuruꝫ sit in vnione tua tertia quis loquatur? Nec oculus vidit: nec auris audiuit? nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Consūmatio erit illa cum tradiderit christus regnum deo ꝛ patri: ꝛ erunt duo non iam in carne vna: sz in vno spiritu. Etenim si adherens carni verbum factum est caro: multo magis qui adheserit deo vnus spiritus erit cum eo. Et in hac quidem vnione media humilitas exhibetur? ꝛ humilitas magna nimis: in ea vero quam expectamus: ad quam suspiramus perfecta nobis: si tamen nobis repositā glorificatio est. Q; si meminimus

in ꝑma coniūctione qua ex anima ⁊ carne compactus ē homo. charitatē cōmendari merito eminet humilitas in secunda: q̄ sola ē virtus humilitatis ꝺeſe reparatio charitatis. ¶Dono. q̄ō vnꝰ rationalis aīe creatura terreno co:poꝛi:oſo nō eſt humilitati aſſcribere: ſiqꝺē nō ex ꝺeliberatione, ꝑpria carni miſcef: ſed creando imittiꝫ: imittēdo creaꝫ. ¶Nō ſic ſane ſūmꝰ ille ſpūs: q̄ cū eſſet magis bonus ipſo beneplaciti ſui arbitrio acceſſit ad co:pus icomꝓnatū. ¶Merito de niq̄ charitatē ⁊ humilitatē ſequitur glorificatio: q̄ ſine charitate nihil ꝓdeſſe pōt: ⁊ nemo niſi q̄ ſe humiliat exaltabiꝫ.

¶Item vnde ſupra. De loco tpe ⁊ alijs circūſtātijs natiuitatis ꝺñi. Sermo. iij.

xxij

¶Do quedam rerum genera fratres in hac natiuitate domini conſidero: non ſolum diuerſa: ſed ⁊ diſſimilia valde. Si quidem ⁊ puer qui naſcitur. deus eſt: ⁊ mater de qua naſcitur virgo eſt: ⁊ partus ipſe ſine dolore eſt. Fulget in tenebris lux noua de celo: gaudium magnum angelus euangelizat: laudat multitudo militie celeſtis: ⁊ ꝺaꝫ gloria ꝺeo: pax hominibus bone voluntatis. Currunt paſtoꝛes: inueniunt quod ad eos dictum eſt verbum: nunciant alijs: quicūq̄ audiunt admirātur. ¶Hec ⁊ his ſimilia dilectiſſimi: diuine virtutis ſunt. nō fragilitatis humane. Vaſa ſunt aurea ⁊ argentea: quibus ꝓ tanta ſolēnitate īmēſa ꝺñi: etiam egenis quibuſcūq̄ hodie miniſtratur. ¶Non ē nobis tollere iſta. ¶Non nobis aureus diſcus datur aut cybus: ſed qui in eis ē cibus ⁊ potus. ¶Diligenter conſidera ait ſapiens q̄ tibi apponuntur. Et ego certe agnoſco in ea eſſe natiuitatis huius tempus ⁊ locum: infantilis co:poꝛis teneritudines: paruuli vagitus ⁊ lach:rymas: ſed ⁊ ipſoꝝ quib⁹ ꝓmo annunciatur natiuitas ſaluatoꝛis: paupertatem paſtoꝝ atq̄ vigilias. ¶Hec ſunt hec: ꝓ me faciunt? mihi apponunt: mihi ꝓponuntur imitanda. ¶Hyeme natus eſt: nocte natus eſt chriſtus. ¶Numquid credimus caſu factum: vt in tanta aeris inclementia ⁊ in tenebris naſceretur? cuius eſt hyems ⁊ eſtas: dies ⁊ nox? ¶Nō eligūt paruuli ceteri quando naſcantur: quippe quibus adhuc vix incipientibus vinere: nullus ſubeſt rationis vſus: nulla eligendi libertas: facultas nulla ꝺeliberandi. Chriſtus fratres. ſi homo erat: erat tamen in principio apud ꝺeum ⁊ ꝺeus erat? eiuſꝺez cuius nunc eſt ſapientie ⁊ poteſtatis: vtpote ꝺei virtus ⁊ ꝺei ſapientia. ¶Naſciturus itaq̄ ꝺei filius. cuius ī arbitrio erat quodcūq̄ vellet eligere tempus? elegit qō moleſtius ē ꝓſertim paruulo ⁊ pauperis matris filio: que vix pannos haberet ad īuoluendum: ꝓſepe ad ꝺeclinandum. Et certe cum tanta eſſet neceſſitas: nullam audio pelliū fieri mentionem. ¶Panus adā pelliceis veſtitur tunicis? pannis ſecundus obuoluitur. ¶Non ē tale iudicium mundi: aut iſte fallitur: aut mundus errat. Sed ꝺuinam falli ſapientiam: impoſſibile ē. ¶Merito ꝓinde ⁊ carnis ꝓudentia mors: ſiquiꝺē ⁊ ipſa inimica ē ꝺeo: ⁊ ſeculi quoq̄ ꝓudentia ſtultitia nominaꝫ. Quid enī? Xp̄s vtiq̄ qui nō fallitur eligit quod carni moleſtius ē. Id ergo melius: id vtilius: id potius eligendū: ⁊ quiſquis aliud ꝺoceat vel ſuadeat ab eo tanq̄ a ſeductoꝛe cauendū. Jam vo etiam nocte volut naſci. Ubi ſūt qui tam impudenter oſtentare geſtiunt ſe metipſos? Chriſtus eligit quod ſalubꝝ⁹ iudicat: vos eligitis q̄ ꝺ reꝓbat ille. Quis ꝓudentioꝛ e duobus? Cuius iudicium iuſtius? ⁊ cuius ſententia ſanioꝛ? Denīq̄ tacet chriſtus? non ſe extollit: nō magnificat: non ꝓdicat: ⁊ ecce annunciat eum angelus: laudat multitudo celeſtis exercit⁹. Et tu ergo qui xp̄m ſequeris: inuentū abſconde theſaurū: ama neſciri. Laudet te os alienum: fileat tuum. Adhuc certe in ſtabulo naſciꝫ xp̄s: ⁊ in ꝑſepio reclinatur. Et nōne ipſe ē q̄ ꝺicit? me⁹ ē orbis terre ⁊ plenitudo eius? Quid hoc ſtabulū elegit? ¶Plane vt reꝓbet gloriā mūꝺi: ꝺānet ſeculi vanitatē. ¶Hec ꝺū loquiꝫ lingua ⁊ quecūq̄ ꝺe eo ſūt clamāt ꝓdicant euangelizāt. Ipſa quoq̄ in fantilia mēbra non ſilent. In oībus mūꝺi iudiciū arguitur: ſubuertiꝫ cōfutaꝫ.

Quis enī holum si daret optio nō magis eligeret robustū corpus: et etatem intelligibilē q̄z infantilē? O sapiētia q̄ de occultis traberis: o vere incarnata et velata sapientia. Et tū fratres ipse est promissus olim p ysaiam paruulus sciens reprobare malum et eligere bonū. Malū ergo voluptas corporis bonū vo afflictio est. Siquidē et hāc eligit et illam reprobat puer sapiēs: verbū infans. Verbū enī caro factū est: et caro infirma: caro infantilis: caro tenera: caro impotens omnis operis: oīs laboris ipatiens. Et vere fratres verbū factū est caro: et sic habitauit in nobis. Dum esset in pncipio apud deum. Incem habitabat inaccessibilē: et non erat q̄ caperet illud. Quis enī inuestigauit sensum dñi: aut quis cōsiliari⁹ ei⁹ fuit? Carnalis hō non pcipiet ea que sunt spūs dei. Sed iam capiat et carnalis: q̄ factum est caro. Si nihil pter carnē nouit audire: ecce verbū caro factū est: audiat istud vel in carne. O homo in carne tibi exhibet sapientia illa quōdam occulta: ecce iam ipsis sese ingerit sensibus carnis tue. Carnaliter vt ita dixerim pdicatur tibi fuge voluptatez: q̄ mors posita est secus introitum delectatiōis: age penitētiā: q̄ per hāc appropīquat regnū dei. Hoc tibi pdicat stabulū illud: hoc plepe clamat: hō mēbra illa infantilia manifeste loquūtur: hoc lachrymē et vagitus euangelizant. Ploratq̄ppe xps: sed nō ficut cereri: aut certe nō quare ceteri solent. In alijs sensibus: in xpo preualebat affectus. Patiunt illi: nō agūt: vtpote nec ipsius adhuc vsum volūtatis habentes. Illi ex passione lugent: xps ex cōpassione. Illi iugum graue quod est sup oēs filios ade: christus filioz ade deplorat peccata. Et certe pro qb⁹ nūc lachrymas fundit: postea fundet et sanguinē. O duritia cordis mei. Utinam dñe ficut verbum caro factū est: ita et cor meum carneū fiat. Siquidem et hoc pollicitus es p pphetā. Auferam inquit a vobis cor lapideū: et dabo vob cor carneū. Fratres lachrymē xpi. mihi et pudorē pariūt et dolorē. Ludebam ego foris in platea et in secreto regalis cubiculi sup me ferebat indiciū mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius: exijt posito vi de mate: sacco vestitus: aspersus cinere caput nudus pedes: flens et eiulans q̄ morte dānatus eēt seruulus ei⁹. Intueor illū subito procedentē: stupeo nouitatē: cāni pcūctor. et audio. Quid facturus sum? Adhuc ne ludam? et deludam lachrymas eius? Plane si insanus sum et mentis inops: non sequar eum. nec simul cū lugente lugebo. Ecce vī pudor? dolor et timor vnde? Utiq̄ quia ex consideratione remedij: periculi mei estimo quātitatez. Nesciebam? sanus mihi videbar: et ecce mittit virginis filius: fili⁹ dei altissimi? et iubet occidi: vt vulnerib⁹ meis precioso sanguinis ipsius balsamo medeat. Agnosce homo q̄z grauia sunt vulnera pro quibus necesse est christū, vsim vulnerari. Si non essent hec ad mortē. et mortem sempiternam: nūq̄z pro eoz remedio dei filius moreretur. Pudet itaq̄ dilectissimi ppriā negligenter dissimulare passionem: cui tanta a maiestate tantā exhiberi video compassionem. Compatitur dei filius et ploratꝰ homo patik et ridebit? Sic et medicine est imatio: et doloris mihi et timor exaggeratio est. Uerum si diligenter obseruem pcepta medici: erit etiam consolatiōis occasio. Sicut enim grauem agnosco morbum: cui tāta apponitur medicina: sic et ex hoc nō incurabilem esse coniector. Nec enim preciosissimas species frustra ysumeret medicus sapiens: imo sapientia ipsa. Porro frustra insumi constat non solum si absq̄ eis facilis esset curatio: sed multo magis si et cum eis sit impossibilis. Animat itaq̄ ad penitētiam: et accendit vehementius desideriuz spes cōcepte sane accedit ad cōsolationem ipsa quoq̄ q̄ pastorib⁹ vigilātib⁹ exhibita ē visitatio et allocutio angelor. Ue vobis diuites q̄ hētis consolationē vestrā: vt iam non mereamini hāc celestē. O q̄z multi enim nobiles sm carnem q̄z multi potentes q̄z mlti sapientes huius seculi: hora illa in stratis mollibus quiescebāt: et nemo eoz dignus est habitus nouam videre lucem? scire magnum illud gaudium: angelos audire cantantes Gloria in excelsis deo. Agnoscant igitur homines: quia qui in labore homi

nũ non sunt: visitari ab angelis nõ meren
tur. Agnoscant q̃ placeat supernis ciuib⁹
labor: cuius spiritalis intentio est: quando
quidẽ & eos qui p̃o victu corporis corpo
rali vrgente necessitate laborãt. suo visita
re dignantur alloquio: & alloquio tam feli
ci. Nimirum humanũ in eis agnoscunt or
dinẽ: quo constituit deus. vt in sudore vul
tus sui vescatur adam pane suo. Obsecro
vos dilectissimi: cõsiderate diligentius q̃n
tum fecerit deus p̃o vestra exhortatione
& salute: nec infructuosus inueniatur i vo
bis sermo tam viuus & efficax: sermo fide
lis & omni acceptione dignus: sermo nõ tã
oris q̃ operis. Putatis fratres parũ mihi
molestum esse: si hoc ipsum verbum quod
nunc loquor: ad vos: vacuum & sine aliqua
vtilitate deperire in cordibus vestris nos
sem? Et quis sum ego: aut quis est hic ser
mo meus? Si hunc tantillum vocis labo
rem inutilem esse doleret homo pusillus:
imo & nihil q̃ iustius indignabit dñs ma
iestatis: si tantam eius operam nostra aut
duritia: aut negligentia contingat euanes
cere? Auertat hoc a seruulis suis: qui p̃o eo
rum salute induere dignatus est formã ser
ui vnigenitus dei patris: qui ẽ sup omnia
deus benedictus in secula Amen:

¶ Item vnde supra de eo q̃ pastores inue
nerũt mariam & ioseph & infantẽ positũ
in p̃sepio. Sermo quartus.

xxiij ANoscite dile
ctissimi fratres quanta sit hodierna solennitas: cui & dies
breuis & terre angusta est lati
tudo. Loco pariter & tempore dilatat. Noctem p̃eoccupat: celũ replet anteq̃ terrã.
Nox enĩ vt dies illuminata est: cum in tẽpeste noctis hora pastores circumfulsit lux
noua de celo. Et vt noueritis quo in loco
solẽnitatis huius ceperint gaudia celebra
ri: quod iam angelis erat futurũ oĩb⁹ gaudiũ euãgelizat: sed & confestim adest diuinis personans laudibus celestis exercitus
multitudo. Hinc est q̃ solẽnis dicitur nox
ista: p̃e ceteris in psalmis & hymnis & canticis spiritalib⁹: & his potissimũ in vigilijs
sine vlla hesitatione credendũ est: celestes
illos p̃ncipes p̃euenire conuictos. psallẽtibus in medio iuuencularũ tympanistarũ.
Sed q̃ multa hodie gẽmis & auro fulgent
altaria: quantis vtiq̃ pallijs frigijs parietes adornanẽ. Putas ad hec diuertant angeli? & pãnosos hoies declinabũt? Si ita ẽ:
cur pastoribus ouiũq̃ magis apparuere q̃
terre regibus? q̃ sacerdotib⁹ templi? Cur
& ipse saluator: cuius est aurũ pariter & argentũ? sacram in suo corpore dedicat paupertatẽ? Aut certe cur paupertas ipsa? tã
sollicite enarrat ab angelo? Neq̃ enĩ sine
certi ratiõe mysterij pãnis saluator obuoluit: & posuit in p̃sepio: q̃n id manifeste in
signũ nobis cõmẽdat ab angelo. Hoc inquit
vobis signũ: Inuenietis infantẽ pãnis involutũ. In signũ positi sunt panni tui dñe
iesu: q̃ in signũ cui a multis vsq̃ hodie cõtradicit. Multi quippe vocati: sed nõ multi electi: & ió nec signati. Aĝsco certe: agnosco iesum magnũ sacerdotẽ sordidis opertum vestibus: dum alteraretur cum diabolo. Sciẽtibus scripturas loquor: & quibus
nõ incognita est p̃ophetica visio zacharie.
Vbi vo exaltatũ est caput nostrum sup inimicos nostros: ex hoc plane mutauit vestẽ.
decorem induit: amictus est lumine sicut
vestimento. Exẽplũ dedit nobis: vt & nos
eadem faciam⁹. Utilior siquidem in cõflictu est lorica ferrea q̃ stola linea: licz oneri
illa sit. hec honori. Erit cum & membra sequentur caput: vt corpus iam vniuersum
imo psallat spiritu & dicat: Conscidisti saccum meũ: & circũdedisti me letitia. Inuenietis inquit infantẽ pãnis inuolutũ: & positũ in p̃sepio. Et post pauca. Uenerunt aut
euangelista festinãter: & inuenerũt mariaz
& ioseph & infantẽ positũ i p̃sepio. Quid
est q̃ sola ab angelo cõmendari videt humilitas? nec tũ sola a pastoribus inueniri?
Forte specialius cõmendat angelus humilitatẽ: q̃ ruẽtibus ceteris p̃ superbiã: ipe in
humilitatate stetisset. Aut certe ꝓpterea
celitus annũciat humilitas: q̃ hec quasi
ꝓpria virt⁹ diuine exhibẽda sit maiestati.
Sola tũ nõ potuit inueniri. q̃ semp gẽra datur humilib⁹. Inuenerũt ergo mariam et

ioseph ⁊ infantem positum in presepio. Sicut enim saluatoris infantia manifestam pretendit humilitatē: sic per virginē ꝓtinētia: iustitia per ioseph virum iustum cuius laus est in euangelio nō incōgrue designatur. Sane ꝓtinentiam deberi carni: quis nesciat? Justitia vō virtus est qō suum est cuiqz tribuens: ⁊ hec erga primos est necessaria. Porro humilitas deo nos reconciliat: dum ei facit esse subiectos: deo placet in nobis. sicut ait virgo beata: Respexit deꝰ humilitatē ancille sue. Itaqz q fornicatur, peccat in corpus suū: qui iniuriosus ē in proximū: qui extollit ⁊ inflatur: in deū. Fornicator semetipsum dehonestat: iniuriosus molestat primū: elatus qō in se est deum inhonorat. Gloriam meam ait dñs alteri nō dabo. Et superbus Ego inquit mihi eam licet ipse non dederis: vsurpabo. Non enim placet ei angelica distributio: dans gloriam deo: pacem hominibus. Non ergo colit deum sed aduersus deum extollitur impius plane ⁊ infidelis. Que est enim pietas? nisi cultus dei? Quis vō deum colit, nisi qui voluntarie ei subiectꝰ est: ⁊ sicut oculi seruorum in manibus dominoꝝ suorum: sic oculi cordis eius ad dominū deum suū? Ut ergo inueniatur semper in nobis maria ⁊ ioseph ⁊ infans positus in presepio: sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. Propter hec enim apparuit gratia dei eridiens nos: ⁊ per hec gloria quoqz illius apparebit. Sic enim habemus. Apparuit gratia dei omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem ⁊ secularia desideria sobrie et iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo expectantes beataz spem ⁊ aduentū gl'ie magni dei Apparuit ī puulo gr'a ad eruditionē: sed hic erit magnus sicut de eo gabriel locutꝰ est: ⁊ quos puulus erudierit ad būilitatē cordis ⁊ mansuetudinē magnificabit post modū ⁊ gl'ificabit. magnꝰ ⁊ gl'iosus aduenies iesus xp̄s dñs noster. Amen.

¶ Ité vnde supꝰ de vbis apostoli: Benedictus deus ⁊ pater dñi nostri iesu christi pater misericordiarū ⁊ deus totius consolationis ⁊c. Sermo quintus.

Benedictus deus ⁊ pater dñi nostri iesu christi pater misericordiarū. ⁊ deꝰ toti' ꝓsolatiōis: q ꝓsolat nos in oi tribulatione nr̄a. Benedictꝰ q propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos: misit nobis filiū suū dilectū. in quo ei bene cōplacuit: p quē recōciliati pacem habeamꝰ ad eū: ⁊ idē fit nobis reconciliationis buiꝰ ⁊ mediator ⁊ obses. Nō ē quod vereamur fratres meꝝ sub tam pio mediatore: nō est quod de tam fido obside dubitemꝰ. Sed q̄lis mediator est inquies q in stabulo nascit: q in p̄sepi ponit: pannis inuolui' sicut ceteri: ploret vt ceteri? deniqz infans iacet vt ceteri ꝓ nr̄is ꝓfuerūt. Magnꝰ plane mediator est etiā in his oīb⁹ q ad pacē sunt. nō p̄functorie. sed efficaciter querens. Infans quidez est: sed verbū infans: cuius ne ipsa quidē infantia tacet. Cōsolamini consolamini dicit dñs deus noster: Dicit hō emanuel nobiscū deus. Clamat hoc stabulum? clamat p̄sepe: clamāt lachryme: clamāt pānni. Clamat stabulū curādo sese boī q in latrones inciderat p̄parari ⁊ clamat p̄sepe. eidē boī q iumētis comparatus fuerat pabulū mistrari: clamāt lachryme: clamāt pānni. eiusdem ipsius cruenta iam vulnera ab lui ⁊ detergi. Siquidē nullo horū christus egu't: nihil horū illi propter se: magis aūt oīa propter electos. Verebunt filiū meum ait pater misericordiarū. Verū id quidez dñe: reuerent eū. Sed qui? Non plane iudei ad quos missus: ꝛ electi propter quos missus est. Reueremur eū nos in p̄sepio: reueremur ī patibulo: ⁊ reueremur eū ī sepulchro. Deuote suscipim⁹ tenerū propter nos: cruentū propter nos: pallidū propter nos: sepultū propter nos reueremur. Deuote adoram⁹ cū magis? deuote amplectimur cū symeone scō infantiā saluatoris: suscipientes misericordiā tuā in medio tēpli tui. Siquidē ipse est de quo legim⁹: Misericordia dñi ab eterno. Illoqn qd coeternū p̄i? nisi filiꝰ aut spūscūs? Et vteraz q. dē nō tā misericors qz ipsa vere mia? nihilominꝰ tñ etiā p̄i ē. atqz hi tres nō nisi vna

miserico:dia:sic̄ vna eēntia:vna sapientia:
vna diuitas.vna maiestas.In eo tñ q̄ pat
miserico:diarū dī de⁹:q̄s nō videat velut
ꝓprio noīe filiū designari? Et bene dicit
p̄ miserico:diarū:cui⁹ ꝓprīū ē misereri sp
z parcē.Sz forte q̄s dicat:Quō illi ꝓprīū ē
misereri:cui⁹ iudicia abyssus mlta? Neq;
enī dī Dēs vie ei⁹ mia sola:sz ☩dia z vitas
Nō min⁹ iust⁹ q̄z miserico:s ē:cui mia z iu
diciū decātat. Uex is qdē cui vult miserē
z quē vult idurat:sz q̄ miserē ꝓprīū illi ē:
ex se enī sumit māz:velut q̄ddā semiariū
miserēdi.Nā q̄ iudicat z ꝙdemnat nos eū
q̄dāmō cogim⁹:vt lōge alit de corde ipsi⁹
miseratio q̄z aīaduersio ꝓcedēvideat? Ꝯz
audi dicentē:Nūqd volūtatis mee ē mors
īpij dicit dñs:z ñ magis vt q̄uertat z viuat?
Recte magni nō p̄ iudicio:z vel vltionuz
dī.sz p̄ mīa:nō mō q̄ p̄is videat misere
ri poti⁹ q̄z idignari:z quēadmodū miserē
p̄ filio:z meseream timentiū se.sz eo magis
q̄ miserēdi cāz z originé sumat ex ꝓprio.iu
dicādi vel vlciscendi magis ex nr̄o.Sed si
ꝓpter h̄ p̄ mīe:q̄re p̄ miserico:diaz? Se
mel locut⁹ ē de⁹ait ppha:duo hec audiui:
q̄ potestas dei ē:z tibi dñe mia. Ceterum
Apls nob i vno vbo:in filio vno ipsam q̄z
mīaz duplicē cōmēdat:patrē dicēs nōvni⁹
tñ mīe:sz miserico:diarū:z deū nō vni⁹:sz
toti⁹ ꝙsolatiōis:q ꝙsolat nos nō mō in hac
vl in illa:sz in oī tribulatiōe nr̄a. Die dñi
multe ait qdā:videlicet q̄ multe tribulationes iustoꝝ:z de oīb⁹ his liberabit eos
dñs.Un⁹ est dei fili⁹.vnū vbū:sz miseria
nr̄a multiplex nō mō magnā māz:sz z mł
titudinē q̄rit miserationū.Forte tñ ꝓp sub
stantiā duplicē q̄ subsistit hūana ꝯditio:cū
sit vtraq; tā misera:nō icōgrue duplex ho
minū dicat eē miseria:licz sit multiplex in
vtraq;.Siquidē z corꝑis z cordis nr̄i tri
bulatiōes multiplicate sunt:sed ab vtrisq;
necessitatib⁹ eruit nos.q totū hoiem salū
fecit.Cū ergo vnus ille z vnicus dei filius.
z iam nūc venerit ꝓpter aīas.tollere.s.
peccata mūdi:z secūdo ꝓpter corꝑa sit
venturus:vt ea resūscitet z figuret corꝑis
claritatis sue:nō incōgrue fortasse videbi
tur.vt i eo q̄ p̄i miserico:diarū bñdicim⁹
duplicē hanc mīaz ꝙfiteam. Suscipiēs enī
hūane nē cor⁹ sil z aīaz:ñ mō sel ꝙsolamī
sz vt sup̄ meminim⁹ Cōsolami ꝙsolami dicē
dñs de⁹ vī:vt vz certi sim⁹ q̄ vtrūq; sit sal
natur⁹:q neutrū suscipe ē dedignat⁹. Sz i
quib⁹ putas? Plane i ppl'o suo. Ipse enī z
nūc faciet saluū nō quoscūq; .sz ppl'z suū a
petis eoz.z postmodū nō oē cor⁹ sz cor⁹
hūilitatis ꝙfigurabit corꝑi claritatis sue
Deniq; ppl'z suū ꝙsolat⁹ vtiq; ppl'z humilē
quē saluū faciet:nā oculos supboz hūlia
bit. Uis nosse ppl'z ei⁹? Tibi derelictus est
paup:ait hō fm cor dei. Sz z ipse i euāge⁹
Uevob inqt diuites:q hētis ꝙsolationē ve
strā. Utinā nos dilectissimi in eo ppl'o iue
niri sp optem⁹:nō cui dicē ve.sz quē ꝙsolat
dñs de⁹ su⁹. Quid enī ꝙsolet eos q suā hñt
ꝙsolationē? Nō ꝙsolat xp̄i ifātia garrulos:
nō ꝙsolāt xp̄i lachryme cachinātes:nō ꝙso
lāt pāni ei⁹ ābulātes i stol'? ñ ꝙsolāt stabu
lū z p̄sepe amātes p̄mas cathedras i syna
gogis:sz eq̄nimit forte vniuersā hāc ꝙsola
tionē expectātib⁹.i silētio dñz lugētib⁹.pā
nosis paupib⁹ cedēvidebū. Leteꝝ audiāt
q̄ z ipsi q̄z āgeli ñ alios ꝙsolāt. Uigilātib⁹
enī pastoꝝib⁹ z custodiētib⁹ vigilias noctis
euāgelizat gaudiū noue luc:z eis dī nat⁹
eē saluator. Pauperib⁹ atq; laboratib⁹:nō
vob diuites:q vestrā hētis ꝙsolationē z ve
dīnū.int ipas vigilias dies scificat⁹ illuxit⁹
z nox sic dies illuiata:imo i die mutata ē di
cēte āgelo:q nat⁹ ē nob hodie.vtiq; ñ hac
nocte. Siqdē nox ꝓcessit:dies āt appropiq
uit⁹ver⁹ vtiq; dies ex die salutare dei:ihs
xp̄s dñs nr̄s:q ē sup oīa de⁹ bñ i scla Amē.

¶ In natali scōz innocentū de quattuor continuis festiuitatib⁹ Sermo vnic⁹.

Benedictus q̄ vēit i noie dñi:de⁹ dñs:z illuxit nobis. xxv

Bñdictū nomē glie ei⁹:qđ ē scīm. Neq; enī ociose venit q̄ ex maria natū est scīm:sz copiose diffudit z nomē z gr̄az scitatis. Mirū inde stephanus scūs:ide iohānes scūs:ide z sci ēt innocētes. Utili proinde dispositiōe triplex ista solēnitas natale dñi comitat⁹ vt non modo inter cōtiguas solēnitates deuotio ꝓtinua pseueret:sz z fructus dñice natiuitatis exinde nobis velut ex quadā ꝓsecu-

tione euidẽtius ꝺnoteſcat. Si quidẽ aduertere eſt in his tribus ſolẽnitatibus triplicem quãdam ſpeciem ſanctitatis: nec facile ꝓeter hec tria ſanctoꝝ genera quartuꝫ aliud poſſe arbitror in hoib⁹ reperiri. Habemus in beato ſtephano: martyrij ſimul ⁊ opus ⁊ voluntatem. Habemus ſolam voluntatẽ in beato iohanne: ſolum in beatis innocentibus opus. Biberũt omnes hi calicem ſalutaris: aut corꝑe ſimul ⁊ ſpiritu aut ſolo ſpiritu: aut corꝑe ſolo. Calicem quidẽ meũ bibetis ait dñs iacobo ⁊ iohãni. nec dubiũ qn de paſſionis calice loqueretur. Demum cũ petro diceret Sequere me: euidenter eum ad imitationẽ ſue ꝓuocans paſſionis: ꝙuerſus ille vidit diſcipulum quez diligebat ieſus ſequentem: non tã greſſu corꝑis q̃z ꝓmpte deuotiõis affectu. Et bibit ergo iohannes calicẽ ſalutaris: ⁊ ſecutus ẽ dñm ſicut petrus etſi nõ oĩmodo ſicut petrus. Q̃ eni ſic manſit vt non etiã paſſione corꝑea dñm ſequeret diuini fuit ꝓcilij: ſicut ipſe ait Sic eum volo manere donec veniã. Ac ſi dicat: Vult quidẽ ⁊ ipſe ſequi: ſed ego euz ſic volo manere. At vo de inocentũ coronis quis dubitat? Ille ꝓ xp̃o trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari: q regenerato in xp̃o non credit inter adoptionis filios numerari. Aliogn qñ coeuos ſibi pueros puer ille qui nobis natus eſt ideꝫ xp̃s ꝓpter ſe pateretur occidi: qõ vtiqz ſolo nutu poterat ꝓhibere: niſi melius aliqd eis ꝓuideret? vt quẽadmodũ ceteris infantibus tunc qdem circũciſio nunc vo baptiſmus ſine vllo ꝓprie volũtatis vſu ſufficit ad ſalutem: ſic nihilominus ſuſceptũ ꝓ eo martyriũ illis ſufficeret ad ſanctitatẽ? Si queris eoꝝ apud deum merita vt coronarentur: quere ⁊ apud herodem crimina vt trucidarent. An forte minor xp̃i pietas q̃z herodis ipietas? vt ille qdem potuerit innoxios neci dare. xp̃s non potuerit ꝓpter ſe occiſos coronare? Sit ergo ſtephanus martyr ꝓpter hoies: cuius volũtaria paſſio euideter apparuit in eo vel maxime q̃ in ipſo mortis articulo ꝓ pſequẽtib⁹ q̃z ꝓ ſe ſollicitudinẽ gereret ampliorem ⁊ vincere. retqz in eo ſenſuz corꝑee paſſiõis materne compaſſionis affectus: vt illoũ magis ſcelera q̃z ſua vulnera plãgeret. Sit iohannes apud angelos martyr: qbus tanq̃z ſpiritalib⁹ creaturis ſpũalia deuotiõis eius ſigna certius innotuerũt. Ceterũ hi ſunt plane martyres tui deus? vt in qbus nec hõ nec angelus meritum inuenit: ſingularis tue ꝓgatiua gr̃e euidentius cõmendetur. Ex ore infantiũ ⁊ lactentiũ pfeciſti laudẽ. Gloria in excelſis deo angeli dicũt ⁊ in terra pax hominib⁹ bone volũtatis. Magna qdem ſed audeo dicere necdum pfecta laus donec veniat q dicat Sinite paruulos venire ad me: qm̃ taliũ ẽ regnũ celoꝝ: ⁊ pax hoib⁹ etiã ſine volũtatis vſu in ſacramẽto pietatis. Conſideret hoc qui de opere ⁊ volũtate ꝓtiõis ſolẽt diſputatiõibus corripari? conſideret ⁊ aduertãt neutrũ negligi oportẽ: vbi nõ videt deeſſe facultas: ꝑſertim cũ vtrũq̃z ſine altero: vbi tm̃ facultas deeſt: nõ mõ ſalutẽ ꝓferre poſſit: ſz etiã ſcitatẽ. Sed hoc quoq̃z firmiꝫ teneant ꝓdeſſe qdẽ opus ſine volũtate. nõ aũt cõtra volũtatẽ: vt vnde ſaluant infantes inde magis damnentur ficte accedentes Nihilominus ſane i qbuſdã volũtas ſine ope ſufficiẽs ẽ: nõ aũt ꝓtra opus. Verbi cã Rapitur qs in bona qdẽ volũtate: ſz necdum ꝓfecta necdũ idonea martyriũ ſuſtinere. Quis illi audeat ꝓ hac ipfectiõe negare ſalutẽ. forte eni ꝓpterea nõ finiꝫ in illã grauẽ tẽtationẽ venire: ne deficiat et dãnet. Nimiq̃z ſi in hac tã infirma volũtate iduceret in eã q̃ ſupra ipm ẽ tentationẽ nec voluntas roboraretur? qs illũ dubitet defecturũ. negaturũ? ⁊ ſi in eo mox ꝓtingeret etiã cõdẽnandũ? Qui eni erubuerit me coram hoib⁹: erubeſcã ⁊ ego eũ ait dñs coram angelis dei. In ea igiꝫ ipfecta volũtate in q̃ ſaluaꝫ vbi deeſt facultas opis: nã non poſſet ſaluari ꝓpter defectũ opis vel opus defectiõis. Idẽ vo ⁊ ignorãtia poſſz accidẽ. Emuleñ ꝓide charitatẽ: ⁊ ſectem bona opa frẽs mei: nec infirmitatis nec ignorãtie pctã vllo mõ puipẽdẽtes. magis aũt ſolliciti ⁊ timorati? agam⁹ gratias beniguiſſimo et largiſſimo ſaluatori: q humane

salutis occasiones tam copiosa charitate p quirit: vt in his voluntatez ꝛ opus. in his sine opere voluntatē: in his etiam sine voluntate opus salutis inuenire letetur: qui vult oēs hoīes saluos fieri: ꝛ ad agnitionem sui venire. Nec est enim vita eterna: vt cognoscam⁹ patrem verū deum: ꝛ quē misit iesum christum: qui vnus cum eo verus est deus sup omnia benedictus in secula. Amen.

¶ In circūcisione dñi de circūcisione nostra: ꝛ testimonio triplici quod habē de bemus. Sermo primus.

xx vj Postquam consūmati sūt dies octo vt circūcideret puer: vocatum est nomen eius iesus. Audiuimus paucis expressū magnū pietatis sacramentum. Audiuimus congruā lectionē verbo abbreuiato: quod fecit dñs super terram. Abbreuiatum enī in carne: amplius abbreuiatur suscepta etiam carnis circūcisione. Minoratus paulomin⁹ ab angelis dei filius: naturam humanaz induit: sed iam ne ipsum respuens remedium humane corruptiōis: plane multo minoratus ab eis. Habes hic magnū fidei documentū: habes ꝛ manifestum humilitatis exemplū. Ad qd enī tibi circūcisio necessaria? qui peccatuz non cōmisisti nec ꝙtraxisti? Q; enī ipe non feceris. etas ipsa manifestat: q; non ꝙtraxeris. multo certius probat patris diuinitas. integritas matris. Sūm⁹ sacerdos es: quē nec super patre nec super matre ꝙtaminādum prophetatū in lege potius est ꝙz mandatum. Est enī tibi pater ab eterno: ſz de⁹ est in quē peccatū nō cadit. Est ꝛ mater ex tempore. sed virgo: nec parere potuit ī corruptio corruptelam. Super hec circūcidit puer: agnus sine macula: etsi non eguit. tñ voluit circūcidi. Nec vestigiū quidē vllz vulneris habens: alligaturā vulneris non refugit. Non sic impiꝰ non sic agit peruersitas elationis humane. Erubescimus vulnerum ligaturā: qui de vulneribꝰ interdū etiam gloriamur. Quē nemo potest arguere de peccato: ipse peccati remedium ꝛ verecundū pariter ꝛ austerū. sine vlla necessitate susc epit: nec repulit cultrū lapideū: ī quo solovetus illa que eraderetur rubigo non fuit. Nos econtra inuerecundi ad ob scenitatem culpe erubescimus agere penitentiam: quod extreme dementie est: male proni in vulnera. pcius in remedia verecūdi. Qui peccatū non fecit: nō dedignatus est se peccatorē reputari: nos ꝛ eē volum⁹: ꝛ nolumus estimari. Ita ne sano opus est medicina? ꝛ non male habētibus? Immo vere ita ne eget medicamine. non eger: sed medicus. Quis hominū tante sibi non dicam glorie: sed vel innocētie conscius? manum circūcidentis. equanimiter admitteret? Christus vō patienter que non rapuit exoluebat: qui venerat purgationē facere. nō suscipere delictoꝝ. Sed dicas: Quid ni susciperet paruulus? Immo vō quid ni susciperet humilis ꝛ māsuetus? Quid ni obmutescēret coram circūcidente? qui coram tondente obmutuit: coram crucifigente siluit? Alioquin nō illi erat difficile carnem suam integrā ꝓseruare. ne scinderet: qui fecerat ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Nō erat difficile paruulo phibere. ne caro illa circūcideret: qñ nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperet. Postq̄z ergo consūmati sunt dies octo. vt circūcideret puer: vocatū est nomen eius iesus. Magnū ꝛ mirabile sacramētū. Circūciditur puer: ꝛ vocat iesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempe saluādi q̄z saluatoris esse videt: ꝛ saluatorē circūcidere decet q̄z circūcidi. Sed agnosce mediatorē dei ꝛ hominū? qui ab ipso natiuitatis sue exordio. diuinis hūana sociat. ima sūmis. Nascit ex muliere: sed cui fecunditatis fructꝰ fic accedat: vt non excidat flos virginitatis. Pānis obuoluit: ſz pāni ipsi angelicis laudibus honorantur. Absc̄ōdit in presepio: sed pdit radiante stella de celo. Sic ꝛ circūcisio veritatē susc epte pbat humanitatis: ꝛ nomen quod est sup omne nomen. gloriam indicat maiestatis. Circūciditur tanq̄z verus abrae filius: iesus vocatur tanq̄z filius dei. Neq̄z enī ad instar puoꝝ: meus iste iesus nomen vacuum aut

mane portat. Nõ est in eo magni nois vmbra: sed veritas. Celitus siquidẽ inditũ nomen euãgelista testat: quod vocatũ est ab angelo prius q̃z in vtero cõciperet. Et tatte di verbi pfunditatẽ. Postq̃z natus est. Iesus vocatur ab hoib⁹: qđ vocat⁹ est ab angelo. prius q̃z in vtero cõciperet. Idẽ quippe angeli saluator & hois: sed hois ab incarnatione angeli ab initio creature. Vocatum est ait nomen eius iesus: quod vocatũ erat ab angelo. In ore ergo duoꝝ vel triũ testiũ stet oẽ verbũ: & ipsum verbũ qđ in ppheta abbreuiatũ manifestius in euãgelio legit caro factũ. Nos frẽs mei: nos respicit hec parabola. Christus enĩ nec angelico eguit testimonio: nec humano: q̃z vt scriptum est. oía propter electos. Triplex pinde querendũ nobis salutis proprie testimonium: ne forte videamur assumpsisse nomen dei nostri in vanũ. Et nos enĩ frẽs circũcidi necesse est: & sic nomen salutis accipere. Circũcidi sane nõ lra: sed spũ & veritate: circũcidi nõ vno membro: sed toto corpore silẽ. Licet enĩ magis in ea parte ĩ q̃ iudeis mandata est circũcisio regnet addi tamẽtũ leuiathan quod a malo est & amputari debet: vniuersam tñ occupat carnẽ. A planta pedis vsq̃z ad verticẽ nõ est ĩ nobis sanitas: nec est aliqua pars. que nõ tabida sit hoc veneno. Propterea sicut paruulus adhuc in fide & dilectiõe populus cõgruũ sibi mãdatũ exigue circũcisionis accepit: sic vbi creuit in virũ perfectiorẽ toto iubetur corpore baptizari: que toti⁹ est hois integra circũcisio. Nunc est q̃ saluator noster & circũcidi octaua die: & post annũ tricesimũ dignatus est crucifigi: vbi in penã corpus omne distẽtum est. Cuius similitudini mortis cõplantamur & nos. vt scribit Apostolus: nimirũ quod nouissime traditũ est obseruantes. Que est ergo moralis circũsio nostra. nisi quã cõmendat Apls idem? Victũ inquiens & vestitũ habẽtes his cõtenti simus? Optime prorsus circumcidit nos. & superflua resecat vniuersa: voluntaria hec paupertas. penitentie labor: & regularis obseruatio discipline. Ceterũ in hac circũcisione triplex nobis est querendũ salutis testimonium: ab angelo & maria & ioseph. Oportet inquã vt ante oía nobis magni pfilij angelus salutis nomen imponat: debinc & ipsius quoq̃ pgregationis necessaria est attestatio. q̃ tanq̃z mater est singulorũ. Mater inquam virgo: tanq̃z ea quã despõnsit Apls vni viro virginẽ castã exhibere christo. Sz ne ipsius ministri. ptemnẽ dñ est testimoniũ ei⁹ qui imitari querit salutaris exemplũ. Hic ẽ ioseph: locũ quidẽ obtinẽs spõsi: re autẽ vera seruus & dispensator: qui sane pater vocat. magis autẽ nutricius est. Sed dico eadẽ manifestius. Et ab his qui foris sunt frẽs mei: & ab eo qui intus est habere oportet testimoniũ bonũ. Cuius enĩ oĩb⁹ grata. nemini onerosa ẽ cõuersatio: huic fine dubio. propria de salute vniuersa fratrũ congregatio attestat. Frustra plane sup his dumtaxat q̃ sũt in manifesto nequissimus ille fratrũ accusator tra bat in causam: quẽ excusat vniuersitas fratrũ. Habet & a platis testimoniũ quisquis & pctã secularis vite: & huius q̃z tpis negligentias. qñ in multis offendim⁹ oẽs: nisi forte sanctiores nos arbitramur. discipulo quẽ dilexit iesus. humili eis & pura confessione indicãda semp exponit: & ipsoꝝ satisfacere studet arbitrio. Jam enĩ ne in his quidẽ pessimi illius timenda est accusatio: qñ nõ iudicabit dñs bis in idipsuz? At forte criminari volet intentionẽ: & in ea parte calumniã struere machinabit: in q̃ nec fratrũ nec ipsius patris testimoniũ. satis efficax videat. Necesse est ergo vt in hac parte opitulet nobis testis internus: q magis cor q̃z faciẽ intuet. A quo sane & incipiẽdũ est: vt nõ prius quicquã cõcipiat in animo. q̃z ab eo nomen salutis acceperit. Ubi q̃ in opus processit manifestũ expedit iaz exteriora q̃z sibi testimõia pciliare: sic ait Apostolus: Prouidẽtes bona nõ tñ coram deo: sed etiã coram hominibus.

CAtẽ vnde supra de nois⁹ ei⁹. Ser. ij.



Postquam consũmati sũt dies octo vt circũcideret puer: vocatum est nomen ei⁹ iesus. Ab initio deus

tissimū diuine presentie argumētū? Quid enī timendū nobis? si adest qui portat oīa? Dñs defensor vite mee? a quo trepidabo? Mā etsi ambulauero ī medio vmbre mortis nō timebo mala: qm̄ tu mecū es. Quid enī est qđ totā molem terre sustinet? ⁊ imē sus orbis cui innititur? Nam si est aliquid quod sustineat cetera? ipsum a quo sustinetur? Non inuenīt nisi verbū virtutis oīa portans. Verbo enī dñi celi firmati sunt: ⁊ spū oris eius omnis virtus eor. Propterea vt sit nobis ī verbo dñi psolatio: maxime his diebus quibus sicut omnino dignū est aliquatenus maior est labor noster nō erit inutile tractare nobiscuz aliquid de scripturis sanctis: quod etiā vestrum aliqui rogauerunt. Unde eligēdus est nobis psalm⁹ ipse: de quo tētationis occasionē inimicus assumpsit: vt inde confringantur arma maligni: vnde sibi vsurpare presumpsit. Propterea nolo vos ignorare fratres: qm̄ manifeste imitatores sunt inimici: quicūq; de scripturis sanctis aliqd non sancte vsurpant: ⁊ detinent veritatē dei in mendacio: sicut solent qñq; nōnulli. Cauete hoc dilectissimi: quia prorsus diabolicū est: ⁊ de patre ei⁹ se esse probant: qui id faciunt in suā ipsor̄ pniciē salutaria scripta puertere molientes. ¶ Sed nō modo plus īmoror: sufficit credo breuiter tetigisse. Jam de ipso quē elegum⁹ psalmo: aliqua prestante dño disserere ⁊ explanare tētabim⁹. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectiōe dei celi cōmorabit. Quis sit diuini inhabitator adiutorij: p nō inhabitātes illud meli⁹ potest agnosci. Tria siquidē eor reperies genera? vnū non sperantiū: aliud desperātiū: tertiū frustra sperantiū. Neq; enī habitat in adiutorio dei: qui nō posuit deū adiutorem suum: sed confidit in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarum suarum. Surdus nāq; ad prophete consiliū dicentis Querite dñm dum inueniri potest: inuocate eum dū prope est. ⁊ sola tpalia querēs emulat ī malignātib⁹ pacē pctor̄ videns? ⁊ elōgabit ab adiutorio dei: quod sibi ad hec necessarium esse non reputat. Sed quid nobis de his qui foris sunt iudicare? Timeo fratres ne forte sit etiam in nobis qui non habitet in adiutorio altissimi: sed confidat in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarum suarū. Forte enim feruorem habet quis potēs in vigilijs: in ieiunijs: in labore: ⁊ ceteris huiusmodi? aut etiam multorum diuitias meritorum longo tempore acquisiuit: ⁊ in his confidens remissior est in timore dñi? facile ad ociositates ⁊ curiositates pernicioſa quadā securitate declinat: murmurat: detrahit: diiudicatq;. Qui profecto si habitaret in adiutorio dei: attenderet vtiq; sibi: ⁊ timeret offendere eum quem cognosceret sibi tā necessariū esse. Tanto siquidē timere deum: ⁊ magis sollicitus esse debuerat: quanto maiora eius munera iam percepit Neq; enī que habemus ab eo seruare aut tenere possumus sine eo. Nunc vō quod non sine dolore loquim̄ aut videmus? sunt aliqui qui in conuersionis initio satis timorati ⁊ solliciti sunt: donec initium aliquod conuersationis acceperint: ⁊ cum multo magis desiderare debuerāt iux illud Qui me edunnt adhuc esurient: incipiunt sic agere: acsi dicant: Ut quid ei seruiamus vltra? quando iam habemus quod daturus est? O si scires q̄z parum est quod habes? ⁊ hocipsum q̄z cito perdis: si non seruauerit ille qui dederit. Hec enīz duo sunt que val de sollicitos ⁊ subiectos deo nos reddere possūt? vt non simus de his qui propterea non habitāt in adiutorio altissimi: quia nō reputant illud sibi necessariū esse: ⁊ hi sunt qui non sperant in domino. Sunt autem alij qui ⁊ desperant? hi videlicet qui considerantes imbecillitatem propriaz deficiūt et obruuntur a pusillanimitate spiritus: habitantes in carne sua ⁊ circa infirmitatem propriam semper intenti: vt omnia que patiunt̄ cursim enumerare pati sint. Ubi enī intēderitis: ingenū valet. Jn adiutorio āt dei nō habitāt: neq; nouerūt illud: q; nec assurgē valeāt: vt aliqñ cogitēt illud. Sūt āt alij q sperāt qđē in dño: sz frustra: q; sic demia dei sibiipsis blandiunt̄: vt a peccatis suis non emendentur. Vana est oīno spes ista: ⁊ hec profundit: eo q; charitas desit. Cōtra hos propheta maledictus inquit qui

peccat in spe. Et ali⁹ Beneplacitū est ingt dño sup timētes eū: in eis qui sperant sup misericordia eius. Dicturus Qui sperant: signanter premisit Super timentes eum. Frustra siquidē sperat qui contemptu suo gratiam a se repellit: ⁊ spem suam prorsus euacuat. Nullus igitur horum trium habitat in adiutorio altissimi. Primus enī habitat in meritis suis: secūdus in penis: tertius in vitijs. Immunda habitatio tertij: anxia secūdi: stulta ⁊ periculosa primi. Quid enī stulti⁹ q̄z habitare in domo vix adhuc inchoata? Consumasse te putas? At cū cōsumauerit homo tunc incipit. Deniq̄z ruinosa est omnino hec habitatio: ⁊ que sustētari magis opus habeat ⁊ fulciri q̄z inhabitari. Nōne vita presens fragilis est ⁊ incerta? Simile esse necesse est quicquid funda tur in ea. Quis enim super fragile fundamentum stabile credat edificium? Periculosa igit habitatio eor qui in meritis suis sperant: periculosa quia ruinosa. Eor vo q consideratione proprie infirmitatis desperatione deijciunt: habitationē anxiam: et eos in tormētis diximus habitare. Or diu enī ⁊ penas sustinent: in quib⁹ nocte ac die ꝑterunt: ⁊ eis q̄z q̄s nondū sentiūt amplio⁹ cruciant: vt nō sufficiat diei malitia sua: sz opprimūt his quoq̄z que fortasse nunq̄z experiēt: que tormēta: quis infernus intolerabilio⁹ potest excogitari? presertim quia ⁊ tanto labore premunt: ⁊ celestis panis non sustentant edulio? Et hi sunt qui in adiutorio altissimi non habitant: quia desperant Priores autez iccirco non querunt: quia. nequaquā sibi illud necessariū sentiūt. Extremi vo propterea longe sunt: q⁹ eo modo querāt auxilium dei: quo obtinere nō pnt Soli enī in adiutorio altissimi habitāt: qui id solum obtinere desiderant: id solū amittere trepidant: sedula circa illū ⁊ sollicita cogitatiōe vsantes: que est vtiq̄z pietas cultus dei. Beat⁹ plane qui sic habitat in adiutorio altissimi: quia in protectione dei celi cōmorabit. Quid enī ei nocere poterūt eorum que sub celo sunt: quē deus celi protegere ⁊ manutenere voluerit? Porro sub celo sunt quicunq̄z nocere possunt. Sub celo sunt aeree potestates: sub celo presens secūlum nequā: ⁊ caro aduersus spiritū cōcupiscens. Optime igit dictū est In protectione dei celi: vt nihil eor q̄ sub celo sunt timere possit: quisquis protectionē dei habere meruerit. Siue ita dictum sit: vt aduersum sequentē oratio pendeat Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabit. Dicet dño Susceptor me⁹ es tu. ⁊ fit quod dicit In protectione dei celi cōmorabitur: expositio precedentis partis: q⁹ habitat i adiutorio altissimi: aut magis addere videat: vt nō solū adiutoriū ad operandum bonū: sed protectionē quoq̄z ad liberādum a malo doceat esse querēdam. At vo diligenter attende: q⁹ in protectione dicit: nō in presentia. Angelus in presentia eius exultat: ego vtinā possim in eius protectione morari. Ille beatus in presentia: ego vtinā in protectione dei sim securus. Dei celi ingt Licz enī vbiq̄z esse nō dubitet: sic tū in celo est: vt ad eius comparationē nec esse videatur in terris: Propter quod ⁊ orantes dicimus Pater noster qui es in cel. Sicut enī aīa quoq̄z cum in toto sit corpore: excellentius ⁊ singularius ē in capite: vbi sunt oēs sensus? nam in ceteris omnibus membris vix vnū exercet solum. s. tactum. vnde q̄stū ad eū modū quo in capite est: cetera membra videt quodāmodo nō tam inhabitare q̄z regere: ita si presentiam illam cogitem⁹: qua beati angeli perfruuntur videri possumus nos vix aliquā dei protectionē ⁊ nomē habere. Felix tū aīa q̄ vel banc protectionez meret. Dicet enī dño Susceptor meus es tu. Verū id q̄z sermoni alteri reseruemus.

¶ De secūdo vsu psalmi Sermo secund⁹.

Qui habitat in adiutorio altissimi ait pphe-ta: dicet dño suscepto⁹ me⁹ es tu: ⁊ refugiū meū deus me⁹: sperabo in eū. Dicet in gratiarum actione confitens dño ⁊ misericordie eius: sup duplici adiutorio eius. Ois enī qui adhuc in adiutorio habitat altissimi non in regno? ⁊ frequenter opus habet fugere ⁊ interdum cadit. Fugere inq̄z dum in hoc corpe sum⁹

a facie tentationis ꝑsequentis oportet. Q; si minus celeriter fugimus; aliqñ vt assolet impellimur et euertimur: sed dñs suscipit nos. Ipe itaq; refugiũ ē: vt veniente cum stercoribus boum pigroꝝ lapidatore impigri fugiamus: ⁊ euadere possumus fedam nimis lapidatione. Ipe quoq; susceptor ē vt etiã cũ ceciderimus nõ collidamur: qñ ipe supponit manũ suam. Cũ ergo tentationis impetum sentiamus in cogitatiõe statim fugiamus ad ipm: ⁊ humiliter postulemus auxilium. Q; si forte ꝓoccupauerit nos: vt fit aliqñ cũ tardius q; oporteat ad eũ cõfugimus: soliciti simus: vt manus domini suscipiat nos. Omnes aliquãdo cadere necesse est, dũ in ħ̄ sclo detinem̄: sed alij tamẽ collidunt̄ alij nõ: quia dñs supponit manũ suam. Sed quomodo eos discernere poterimus: vt segregemus iuxta dñi exemplu; agnos ab edis iustos ab iniustis? Nam iustus septies cadit in die. Verum hoc interest inter eoꝝ casus q; iustus suscipitur a dño: ideoq; resurgit fortior: iniust⁹ autem cũ ceciderit nõ adiciet vt resurgat: imo vo aut in pudorem noxiu; aut in ipudentiã cadit. Aut enim excusat qd fecit et hic est pudor adducens peccatu; aut fit ei frons meretricis: ⁊ iam nec dñz timet nec hominẽ reueretur: sed predicat peccatum suũ sicut sodoma. Justus vo super manu; dñi cadit: ⁊ miro quodãmodo: etiã ipz ei peccatũ in iusticiã cooperat. Scimus enim quoniã diligẽtibus deũ: omnia cooperant in bonũ. Nõne coopat nob ille casus i bonũ? vnde ⁊ humiliores efficimur ⁊ cautiores? Nõne dñs cadentẽ illũ suscipit? q ab humilitate suscipitur. Impulsus euersus sum ait ꝓpheta: sed nihil ꝓfecit qui impulit me: quoniam dñs suscepit me. Sic ergo dicet fidelis anima dño: susceptor me⁹ es tu. Possunt oĩa dicere creator meus es tu possunt ⁊ animalia dicere: pastor meus es tu: possunt omnes homines dicere redemptor meus es tu. At vo susceptor meus es tu: is tm̄ dicere potest: Qui habitat in adiutorio altissimi. Unde ⁊ addidit de⁹ me⁹. Cur nõ deus noster? Quia in creatione i redemptione ceterisq; cõmunibus benefitijs est deus omniũ: sed in tentatiõib⁹ suis tanq; ꝓpriũ eũ habent singuli electoꝝ. Sic enim paratus ē ⁊ cadẽte suscipere ⁊ eripere fugientẽ: vt videri possit relictis omnibus alijs ei soli operã dare. Propterea expedit omni anime dñi semper attẽdere: tã q; ꝓpriũ: nõ modo adiutore sed etiã inspectore. Quãdo enim poterit negligens fieri? qui intuentẽ se deũ nunq; desinit intueri? An nõ quasi ꝓpriũ illũ habere videtur qui sic eũ sup se videt intentũ: vt omnia interiora ⁊ exteriora eius considerare omni hora nõ cesset: omnesq; non solũ actus sed ⁊ ipos subtilissimos anime motus pscrutatur atq; diiudicet? Hic ergo nõ imerito dicere potest: Deus meus sperabo in eũ. Et attẽde q; nõ dixerit sperauit aut spero: sed sperabo. Hoc inquit ẽ notũ meũ? hoc ꝓpositũ meũ: hec intentio cordis mei. Reposita ẽ hec spes mea in finu meo: ⁊ in hac pseuerabo. Sperabo in eũ: nec desperabo nec frustra sperabo: quia maledictus q peccat in spe: ⁊ nihil eo minus qui peccat i desperatiõe: sed nec eẽ volo de his qui non sperãt in dño. Sperabo inquit in eũ. Sed iaz dicit nobis quo fructu: qua mercede: quo lucro Quoniã ipe liberabit me de laqueo venantiũ ⁊ a verbo aspero. Verbũ hoc in diem alteram ⁊ sermonẽ si placet alterum seruemus.

¶ De tertio versu. Sermo tertius.

Deus meus sperabo in eũ. Qñ ipe liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero. Ego vtiq; frẽs in hoc verbo magna mei ipius pietate cõpũgor: ⁊ valde misereor aie mee. Ipe liberauit me de laqueo venantiũ. Ergone bestie sumus nos? Bestie prorsus. Homo.n. cũ in honore eẽt nõ intellexit: cõparatus ẽ iumẽtis insipiẽtibus. Bestie pfecto sũt homines: oues errãtes nõ habẽtes pastorem Quid supbis ohõ? quid te scioluz iactas? Vide q; bestia fact⁹ es: cui venãde laquei ꝓparant̄. Sed q sũt venatores isti? Venatores vtiq; pessimi ⁊ negissimi: calidissimi ⁊ crudelissimi. Venatores qui comu nõ so

nant vt non audiantur: sed sagittent in occultis imaculatū. Ipsi sunt rectores tenebrarum harum: astutissimi versutia & nequitia diaboli ce fraudis: ita vt ficnt est añ venatorem bestia ficad eorum cōparationez sit quilibet astutissimus hominū? preter eos duntaxat qui cum apl'o non ignorant cogitationes eorum: quibus in dei sapientia datum est fraudes deprehendere malignor. Obsecro vos nouelle plantationes dei vos q nōdum exercitatos habetis sensus ad discretionez boni & mali: nolite seq cordis vestri iudiciū: nolite habundare in sensu vro: ne vos tanq̄ rudes adhuc versutus ille venator decipiat. Mā siluestrib⁹ illis & oīno bestialib⁹ bestijs seculares homines loquor: aptos satis expādit laqueos vtpote quos facile capiendos eē nō dubitat. Vobis aūt q tanq̄ prudentiores cernī serpentes necatis & desideratis ad fontem viuum: subtiliores occultat laqueos: & calidiora fraudis sue argumēta cōgrit. Vnde obsecro vos humiliamini sub potenti manu dei pastoris nostri: & acgescite eor cōsilijs q melius norūt venatoris illius versutias: edocti diuturno lōgi tpis exercitio et crebris experimentis tam in se q̄ in multis. Sed ecce q̄ iam venatores & bestias nouimus: quis nā sit laqueus iste: querēdū est. Nolo ego adinuenire ex me: nec dubium aliqd tradere vobis. Ostēdat nobis apl'us laqueū istum: ipe enim venatorē illor non ignorat cogitatiōes. Dic inq̄ nobis beate paule qs sit laqueus iste diaboli: a quo se liberatā fidelis anima gratulat. Qui volūt inqt diuites fieri in hoc seculo: incidūt in tentationē & in laqueū diaboli. Ergone laqueus diaboli diuitie sūt huius scli? Heu q̄ paucos inuenim⁹ q ab hoc laqueo liberari exultēt? q̄ multos q dolēt q̄ parū sibi vident irretiti: & adhuc quātū pūt se involuere & intricare laborant. Vos q reliqstis omnia & secuti estis nō hītē vbi suū caput reclinaret filiū hoīs: exultate & dicite: qui ipe liberauit me de laqueo venātiū. Confitemini illi toto corde: tota aīa: tota virtute & ex ipis medullis cordis gr̄as agite ei dicētes: Qui ipe liberauit me de laqueo venātiū. Et vt noueritis q̄ magnū sit beneficiū hoc & sciatis q̄ a deo data sūt vobis: audite qd̄ seq̄t. Et a verbo aspero. O hō vel magis bestia! laqueum nō timebas? Time vel malleū. A verbo inqt aspero. Qd̄ é h̄ verbū? nisi illd̄ īsaciabil' gehēne affer: affer: percute: delacera: cito interfice: vel citer spolia detrahe? Qd̄ é verbū asperum? nisi tollat impius ne videat gloriaz dei? Quō exultant venatores capta bestia & clamant tolle tolle! infige verub⁹ infer p̄unis: & male buliētibus ipone lebetis. Verbū aspex fuit qd̄ ptulit dom⁹ exasperās ppls iudeorū: tolle: tolle: crucifige eum. O q̄ horribile verbū: q̄ aspex q̄ crudele. Vere dētes eorū arma & sagitte: & lingua eor gladi⁹ acutus. Hoc verbum aspex tu sustinuisti dñe. Cur nisi vt nos liberares a verbo aspero? Sit iā tue pietatis: vt nō sustineamus nos qd̄ tu dignat⁹ es sustinere p nobis. Respōdēt hoīes seculares cū eis suadem⁹ agere penitētiā: & dicūt: Dur⁹ é hic sermo. Nepe hoc é qd̄ i euāgelio legim⁹: Loquebat dñs de pnia ipsa ꝛ i figura: tanq̄ bis qb⁹ nō erat datū nosse mysteriū regni dei. Cū q̄ audirēt dicētē: Nisi māducaueritis carnē filij hoīs: & biberitis ei⁹ sanguinē: dixerūt: Dur⁹ é hic ſmo: & abierunt retrorsum. Quid aūt é manducare ei⁹ carnē & bibere sanguinē? nisi cōicare passionib⁹ ei⁹ & querelationē imitari: quam gessit i carne? Cui & hoc designat illibatum illud altaris sacrm vbi dñicū cor⁹ accipim⁹: vt sicut videt illa panis forma i nos itrare: sic noverim⁹ p eā quā i terris habuit querelationē ipm itrare i nos ad habitādū p fidē i cordibus nr̄is. Cū. n. iusticia ingredit: ille ingredit q fact⁹ é nobis a deo p̄ie iusticia. Sz & q manet i charitate i deo manet: & deus i eo. Sed adhuc tū dicūt nob mīti: Durus é h̄ ſmo. Ergone dur é mōetaneū h̄ & leue tribulatiōis: qd̄ sup̄ modū i sublime etnū pōd⁹ glie opat i nob? Dur ē breuissimo & leuissimo labore cruciat⁹ illos & tormēta redimē q null⁹ termin⁹ finiat: null⁹ anim⁹ sufficiat cogitare? Dur nob videt? cuz dī agite penitentiam? Erratis! sz audituri estis aliqñ aspex vbū: ſmonē durum! auditionē malā:

ite maledicti ī ignē eternū. Ita dicovobis hoc timete: hoc durū reputate: ⁊ inuenietis q̄ iugū dñi suaue est: ⁊ onus eius leue. Si in seipo suaue illud credere necdum potestis: vel hoc nō ignoratis: qm̄ huius cōparatiōe suauissimū est. Vos aūt frēs mei vos pēnati añ quoꝝ oculū frustra iacit rete: vos q diuitias huius seculi penitus relinquistis: quid timeatis a verbo aspero quādo iā liberati estis a laqueo. Felix idithuz p quo psalmi quidā inscripti sunt: qui trāsiliſti laqueū: vt oīno longe fieres a verbo aspero. Quibus enī dicet: Ite maledicti in ignem eternū: esuriui enim ⁊ non dedistis mihi māducare: quibus inq̄ dicetur? Nisi his qui substantiam huius habuere? Nunquid non valde exhilarantur ad verbum hoc corda nostra? ⁊ spirituali iocūditate replentur? Nūquid nō ꝓciosiorē ducitis pauptatē nr̄am thesauris scli. Siqdem ipsa est q̄ liberat nos a verbo aspero. Quomodo nāq̄ a vobis exigat deus? quod pro ipsius amore relictū est? Et tū ét hoc facitis? ⁊ de labore manuū vestraruz christus alitur ⁊ vestitur: vt nihil desit. Agite ergo gratias exultate ⁊ dicite: qm̄ ipse liberauit me de laqueo venantiuz ⁊ a verbo aspero. Exultate inq̄z: sed adhuc interim cum tremore. Letos vos esse volo: sed nōdum securos. Gaudentes in spiritu sancto: sed tñ pauentes adhuc ⁊ cauentes in reciduo. Quid enim vobis vltra pauendum est? Unuz vtiq̄ idq̄ grauissimū peccatū iude peccatū apostasie. Bene enim factū est vt penas accipetis sicur colūbe: ⁊ volaretis ad requiescendū. Nam in terra non erat requies: sed labor ⁊ dolor ⁊ afflictio spiritus. Quid ergo timendū est sic volanti: nisi illud ne forte cadaner aut simile aliquid in terra videat cuius desiderio tractus videatur a venatoribus illis pessimis ⁊ ꝑparatis laqueis capiatur ⁊ sint nouissima eius peiora prioribus? Hoc inq̄z omnino timendum est: nequis aut corde solo aut etiā corpore ad vomitū reuertatur. Legimus enī de filijs israel: q̄ corde redierunt in egyptum. Nam corpore reuerti: clausum post eorum talos rubrum mare ꝓhibeat. Hoc est q̄ vehemēter singulis q̄busq̄z timendū est ne forte eatenus deū offendāt: vt manifeste abijciant ⁊ euomant ab eo: aut si pudor neget apostasiā corporis tempore ipe panlatum ꝑgerat apostasiā cordis: vt videlicet in habitu religiōis cor seculare gerāt ⁊ q̄cq̄d secularis ꝑsolatiōis inuenire potuerit amplectant. Neq̄z sumus nos aplo sāctiores qui tū verebat ne forte cū alijs predicasset ipe reprobus efficeret. Sed id tamdiu timendū est donec laqueus cōtritus fit: donec corpus istud aīo disposuerit. Nam et ipm̄ corpus laqueus quidā est: ⁊ oculus legit aīam depdari. Adinime ergo decet eē securū hominē q̄ secū portat laqueū suum. Immo vo bonū magis hitare in adiutorio altissimi: vt p̄ euz possit laque⁹ euitari.

De quarto versu. Serms quartus.

Sapulis suis obumbrabit tibi. Confitenti humiliter ⁊ deuote gr̄as referenti: non immerito ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenit in modico: iure cōstituitur sup multa: sicut ecōtrario accipiēdus indign⁹ est q̄ fuerit de acceptis ingratus. Ita q̄z deuote illi gratiarū actioni respōdet spūs: nō id solū inquiens faciet: sed ⁊ scapulis suis obumbrabit tibi. Credo in his scapulis geminam ꝓmissionē dñi intelligendā: vite. s. eius que nūc est pariter ⁊ future. Si enim solū promitteret regnū: ⁊ in itinere deesset viaticū: oīno conquerent hoies ⁊ respōderent. Magnū quidē est quod ꝓmittit: sed pueniendi illuc nulla facultas datur. Propterea qui post hoc seculū vitā ꝓmisit eternā: ipse dandū etiā in h̄ seculo cētuplū ꝓ dentissima pietate ꝓmisit. Quid iam excusationis habes o hō? Profecto obstructuz est os loquētiū iniqua. Quid plus afferet inimicus ad tētandū: nisi qua longa futura est via tua? Et si grandis tibi restat via? cur h̄ timeas cui fortis cib⁹ daf ne deficere possis ī via? Delievtiq̄z cib⁹ oblat⁹ ē ab angelo: quo nullus in humana consuetudine vilior inuenitur scilicet panis ⁊ aqua tanta tamen in eo fortitudo collata est: vt

quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Vis tibi hunc cibum ab angelis ministrari? Mirū valde si nō vis. Oz si cibum hunc desideras z angelica ministeria non supba sed humili magis ambitione requiris? audi quomō scriptū sit de dño: quia tentante diabolo z suadente vt de lapidibus faceret panē restitit z dixit: nō in pane solo viuit homo sed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Deinde tentationibus supatis z tentatore fugato: accesserunt angeli z ministrabant ei. Et tu ergo si uis habere ministeriū angelorū fuge: ꝓsolationes seculi z tentationibus resiste diaboli. Renuat cōsolari anima tua in alijs: si vis in dei memoria delectari. Cum esuris currere suadet ad panem: at tu potius audi dicentē: non in solo pane viuit hō. Cur enim tanta varietate distrahāris vt modo cibum: modo potū modo veste aut lectum nisi ꝓ sola corporis sustentatiōe necessaria regras? qui in vno verbo dei potes hec omnia inuenire? Quanta est enim omnē saporez habens z odoris delectatio nem: requies est vera z sincera suauis z salubris iocunda z sancta. Nec est promissio vite presentis. Nam promissionez future quis explicet? Si expectatio iustorum letitia z tanta letitia vt omne qđ desideratur in seculo ei non valeat cōpari? ipsum q̄ expectatur qđ erit? Oculus non vidit deus absq; te: que ꝓparasti diligētibus te. Sub his itaq; scapulis quattuor nobis beneficia cōferunt. Sub his enim abscondimur sub his ab incursu accipitrū z miluorū protegimur: q̄ sunt aeree potestates: sub his vmbraculū salubre refrigerat nos z repellit nimiū solis feruorem: sub his quoq; alimur; z fouemur. Ait enim propheta in alio psalmo: Qui abscondit me in tabernaculo suo in die malorum ideſt dum adhuc dies mali sunt: z in terra aliena sumus que data est in manus impij in qua non est regnū pacis nec deus pacis regnat in ea. Nam si regnat? quid est q̄ orantes dicimus adueniat regnum tuum. Necesse igitur est interim abscondere si quid habemus boni quoniā thesaurum regni celorum qui inuenit hō abscōdit. Propter hoc etiā coꝛplaiſ i claustris z i filius abscōdimur. Et si scire vultis quātū i hac absconſione lucramur: credo nullū hic eē q̄ si q̄rtā ꝓtē eorū q̄ facit i scō actitaret nō adoraret vt scūs: ñ reputaret vt angel⁹: nūc aūt quotidie tanq̄ negligēs arguit z increpat. Paruūne hoc lucrū ducitis? q̄ nō reputamini sci anteq̄ fitis? An nō timetis ne forte hic vili mercede recepta: i futuro mercedē nō habeatis Necessaria igit̄ ē hec absconſio: nō soluz añ oculos alioꝛ: iz etiā multo magis añ teipz Doc. n. hz dñica illa sntia: cū fecerittis oia q̄ ꝓcipiunt vob: dicite serui iutiles sumus q̄ debuim⁹ facē fecim⁹. Ue enī nob si nō fecissem⁹. Et hec ē vtiq; magna vt⁹ z sūma securitas: qñ z pie viuis: z tñ plus attēdis q̄ desūt tibi q̄ q̄ obtinuisse videris: oblit⁹ q̄ retro sūt z extendens te ad anteriora. Nec igit̄ ē absconſio quā sub scapulis dñi pstari dixeram⁹? qualis fortitā fuit obumbratio illa q̄ marie fcā ē a spū scō: ad celādū videlicet tam incōꝛprensibile sacramētū. De ꝓtectiōe quoq; idē iste ppha ait: Obumbrasti sup caput meum in die belli. Sicut enī videns venientē accipitrem mater expandit alas suas: vt pulli subeant: z habeant tutū refugium? sic nobis parata z quodāmodo dilatato sinu extēsa est sūma illa z ineffabil pietas dei nri. vñ z sup dixit Qui refugiū meū es tu. Jam vo sub ipsis q̄z scapulis et vmbraculū salubre ꝓtectionē habemus. Sicut enī sol iste coꝛporeus licz bonus sit z valde necessari⁹? tñ z feruor ei⁹ si tēperat⁹ non fuerit infirmo capiti: z splendor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa: sed infirmitatis: sic etiaz sol iustitie est. Cū dicit Noli nimiū eē iustus. Nō q̄ iustitia bona nō sit: sed q: dū adhuc infirmi sumus oportet ipsam nobis bonā gratiā temperari: ne forte elationis aut indiscretionis vitiū incurramus. Quid enī est q̄ incessanter oꝛātes z supplicantes? non possumus ad eam quam desideram⁹ abundantiam gr̄e puenire? Putatis quia auarus aut inops factus sit deus? impotens aut inexoꝛabilis? Absit hoc prorsus absit: sed ipse cognouit figmentū nostruz: z scapul' suis obumbrat

nobis. Non tñ ꝓpterea a petitiõne cessandũ é: qz etsi nõ dat ad satietaté dat ad sustẽtationé: ⁊ si cauet nobis a feruore nimio tñ fouet nos tanq̃ mater calore suo. Hoc est enĩ quartũ qđ diximus: sub scapulis eĩ⁹ nobis prestari vt tanq̃ pulli in calore materni corporis foueamur: ne foris vagãtes moriamur refrigescẽte nimirũ charitate ꝺ̃i q̃ non diffundit in nobis nisi p spiritũ sanctũ qui datur nobis. Sub his igitur pẽnis eĩ⁹ securus sperabis: vt videlicet de exhibitione presentiũ nimirũ firma sit expectatio futurorũ Amen.

¶ De ꝑma pte qnti versus eiusdẽ psalmi

iiij

Scuto circũdabit te veritas eĩ⁹ Sermo qnt⁹

Scuto circũdabit te veritas eius. Vigilate ⁊ orate: vt non intretis intentationẽ. Et qs hoc dixerit scitie: ⁊ tempus scitis. Dñi enim est verbum istud instante iam passione sua. Et attendi te qñ ipse quidẽ erat passurus ⁊ nõ discipuli: nec tamẽ ꝓ se dicebat orandum sed ꝓ illis. Unde ad petrũ ait. Ecce satbanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ: ego autem rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua: et tu aliquado cõuersus cõfirma frẽs tuos. Si tantuz illis oportebat timere in passione dñi: quãtũ nobis timẽdũ est frẽs in passione nostra? Vigilate itaq̃ ⁊ orate vt non intretis in tentationẽ: quoniã vndiq̃ circũdati estis tentationibus: vnde ⁊ legitis quia tentatio est vita hominis sup terram. Itaq̃ si tot tentatiõibus plena est vita nostra vt non imerito tota ipsa tentatio debeat appellari: periculi circũspectione opus est ⁊ oratione ne iducamur in eã Unde est ⁊ illud i oꝛone dñica: ⁊ ne nos inducas in tentationẽ. Quia ergo sic circundatus es tentationibus scuto circundabit te veritas eĩ⁹: vt quẽadmodũ vndiq̃ bella ita vndiq̃ sint ⁊ ꝑsidia In quo ⁊ oino illud manifestũ est spirituale scutũ esse oportere: qđ circũdare põt. Veritas autem circundat: quia verax qui promittit ⁊ sic exhibet vt promittitur. Fidelis deus ait apl̃us qui non patietur vos tentari supra id qđ potestis. Mõ incõgrue sane scuto cõparat gr̃a diuine ꝓtectiõis: qđ in supioꝛi pte amplũ ⁊ latũ e: vt caput humeroscq̃ custodiat in inferioꝛi vo stricti⁹ vt min⁹ oneret maxime q̃ gratiozes sint tibie nec tã facile vulnerẽt: sed nec adeo periculosum sit illis ĩ ptib⁹ vulnerari. Sic oino militib⁹ suis xp̃s ad inferioꝛa tuenda. i. carnẽ magnã: vt ita dixerim stricti⁹ tatẽ ꝑ atq̃ penuriã reꝛ tpaliũ donat: nec vult eos illaq̃ multitudine pregrauari: sed vt victũ ⁊ vestitũ habẽtes quẽ admodũ ait apl̃s his ꝓtẽti simus: in supioꝛib⁹ vo ampliozẽ latitudinẽ: ⁊ abundãtiaz gr̃e spũalis. Sic enĩ habes. Primuz queri te regnũ dei ⁊ iusticiã ei⁹: ⁊ oĩa adjicẽtur vobis. De victu vtiq̃ ⁊ vestitu añ dixerat nõ debere solicitos eẽ. Nam ⁊ hec ipa nobis p̃ nr̃ celestis benigniss̃ima pietate ministrat ob duplicẽ. s. cãz: ne vel oino credere⁹ infensum si ista negaret: ⁊ sic desperem⁹ vel illozũ nimia solicitudo spũalis exercitij fieret detrimẽtũ. Siue his enĩ: neq̃ viuere neq̃ deo seruire est. Letex quanto stricti⁹ tãto meli⁹. Itaq̃ scuto circũdabit te veritas eĩ⁹: nõ timebis a timoꝛe nocturno: a sagitta volante in die ꝛa negocio perambulante in tenebꝛis: ab incursu ⁊ demonio meridiano. De sunt quattuoꝛ tẽtationes: quibus vndiq̃ circũdati necesse habem⁹ circũdari etiaz scuto dñi: vt sit nobis a dextris ⁊ a sinistris ante ⁊ retro. Hoc enĩ premonitos vos eẽ volo: neminẽ sup terrã absq̃ tẽtatione victurum: vt cui forte tollitur aliqua alterã securus expectet: aut forte non securus: sed pauidus magis: ⁊ sic petat ab ea liberari: vt nunq̃ sibi in coꝛpoꝛe moꝛtis hui⁹ libertaté ꝑfectaz seu requiem audeat polliceri. Qua i re ꝑsiderãda nob ẽ tã benigna erga nos diuine dispẽsatio pietatis: vt quibusdã nos tentationib⁹ patiat diutius occupari: ne forte piculosioꝛes occurrãt: ab aliquib⁹ vo citius liberet vt possimus in alijs qs nob vtiliozes foꝛe ꝑsidet exerceri. Uerũ ꝑsiderãdũ nob est: ꝛ nõ mõ q̃ sint q̃ttuoꝛ iste qs hic ponit. Credo enim qꝛ ⁊ h̃ oꝛdine q̃ h̃ numerant ꝓtra eos q cõuertuntur insurgunt: ⁊ velut ꝓncipes sunt omniũ tẽtationũ.

¶De vltima parte eiusdē versus. Nō timebis a timore nocturno. ⁊ sexto versu. A sagitta volātē i die a negotio pambulante in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meridiano. Sermo sextus.

lv SOlet i diuinis scripturis aduersitas ōsignari p̄ nocte: ⁊ scimus q̄ aduersus eos q̄ quertunt p̄mū esse certamē de molestijs corpis ꝙuenit. Caro enim bacten⁹ indomita castigari ⁊ in seruitutē redigi nequaq̄ equanimiter patit: ſz adhuc memor recenter perdite libertatis acrius ꝙcupiscit aduersus spm̄: maxime q̄ in his penis in q̄b⁹ estis vos quottidie morientes: timo vo morte affecti tota die: q̄ ⁊ supra vires sunt ⁊ vltra naturam ⁊ ꝓtra ꝙsuetudinē vestram. Quid igit̄ miꝝ si turbant ista maxime eos q̄ necdū ꝙsueuerūt necdū satis in pmptu hn̄t recurrere ad oīonē: ad meditationes scās refugere? vt sic releuet̄ pōdus diei ⁊ estus? Necessariū plane ē nobis inter ipa nr̄e ꝙuersiōis initia scutū dn̄i vt non timeam⁹ a timore nocturno. Bene aūt dicit̄ nō timendū a timore nocturno: ⁊ nō dicit̄ a nocte: q̄ nō ipa afflictio tētatio ē: ſz magis timor ipsius. Maz ⁊ oēs laboramus cū tū nō oēs inde tētemur: ⁊ q̄ tentāt̄ multo magis a timore future pene q̄z pnis dolore ledunt. Quia ergo timor ipe tentatio ē: ꝙgrue dictū ē ei q̄ circūdab̄ scuto dn̄i q̄ a tētatiōe hac nō timebit. Forte ipugnabit? forte tētabit: forte timebit nocte: ſz nō ei timor iste nocebit. Magis aūt si nō fuerit dn̄atus: tūc imaculat⁹ erit: ⁊ emūdabit̄ sicut scriptū ē: q̄: territi purgabunt. Lamina ē timor iste: sed vt examinet nō exurat veritas facit. Nocturnus plane ⁊ tenebrosus timor: sed facile hūc radi⁹ veritatis exuperat. Ingerit eni oculis cordis nūc qd̄ pctā q̄ fecim⁹: vt quēadmoduz de se ppheta dicit: Etiā nos in flagella pati sum⁹: annūciātes inigtatē nr̄am ⁊ cogitatōes p̄ pctō nr̄o: nūc vo eterna supplicia q̄ meruimus? vt i eoz cōpatiōe q̄euadim⁹ vniuersa q̄ patimur delictas cōputem⁹: nunc quoq̄ celestia p̄mia ad q̄ tēdim⁹? crebro videlicet memorās: q̄m nō sunt ꝙdigne passiōes huius tp̄is ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ i nobis: nūc etiā ea q̄ p̄ nob⁹ ptulit xp̄s: vt crebro cōsiderātes quāta sustinuit illa maiestas p̄ inutilib⁹ nr̄is: erubescam⁹ nō sustinē vl pua p̄ nob. Sz forte ꝓualuit veritas p̄serti tam multiplex: ⁊ vsq̄q̄q̄ circūdās nō repellere mō: sed etiā expellē pemit⁹? hz timorē. Nox recessit: vt filꝰ lucis ⁊ diei honeste ābulās time sagittā. Leuit volat: leuit penetrat: ſz dico tibi nō leue ifligit vuln⁹ cito iterficit. Mumiz sagitta hec: vana gl̄ia ē. Nō ē vñ i pugnet hec pusillanimes ⁊ remissos q̄ fer uētiores eē videt? ip̄i sibi caueāt: ip̄i sibi paueāt i hac pte: mbilomin⁹ adhuc solicitū ñ deserere scutū ie xp̄ūbile veritatis. Quid n. aliud tam ꝓuū vanitati? Nec sane huic opponēda sagitte secreta illa ⁊ quodāmō i tima veritatis exigim⁹? nam semetipsaz nouerit aīa: de se teneat vitatē. Difficile prosus ni fallor: hō vbis laudātiū hoiez i vita sua abducipoterit altum sape: si sese int⁹ ad lucē veritatis solicita ꝙsideratiōe discutiat Nōne. n. si ꝓpriā cogitet ꝙditionē? dicturꝰ ē sibi? qd supbis terra ⁊ cinis? Nonne si p̄ priā ꝙsideret corruptionez? fateat necesse ē q̄m nō ē i eo bonuz? Sz ⁊ si forte aliqd hīe videt: nō inueniat puto qd̄ rñdeat apl̄o dicēti: Quid hēs qd̄ nō accepisti. ⁊ alibi: Qui stat: videat ne cadat. Postremo si fideliter cōputet: facile illi erit aduertē q̄ nec cū de cē mlib⁹ venit ad se ⁊ oēs iusticias suas tāq̄ pānū mēstruate reputari. Eadē q̄z veritas: ⁊ eis mbilomin⁹ opponēda ē tētatoib⁹ q̄ sequunt. Neq̄. n. vel sic ōsistit hostis antiquꝰ: ſz ad calidiora forte ꝙuertit̄ argumēta. Firmā, pbauit vtroq̄ latē turrī: nou est q̄ vl̄a sinistris pusillanimitate timoris vel a dextris eā humanis ꝙcutē laudib⁹ i vtra q̄ tā molitiōe frustrat⁹ attētet. Sz si virib⁹ inq̄t deūcē nequeo: forte decipe posū alicui⁹ ingenio ꝓditoris. Quis putas erit hic ꝓditor? Plane cupiditas radix inigtatis? ambitio inbtile malū secretū vir⁹ pestis occulta: doli artifex: mr̄ hypocrisis? liuoris parēs: vitioz origo: criminū fomes: virtutuz erugo? tinea scitatis: excecatrix cordiū: exremediis morbos creās: generās ex medi

cina langoꝛē. Cōtēpſit vanā gloriā ait qm̄ vana eſt: forte ſolidi⁹ aliqd affectaret? forte honoꝛes: forte diuitias: quātos h̄ negociū pābulās ī tenebꝛis trudi feć ī tenebꝛas exteriores: veſte ſpoliās nuptiali etiā virtutū exercitia fructu pietatis euacuās: quātos h̄ peſtis neqter ſirpplātatos turpit q̄z deiecit: vt ceteri qq̄ q̄s latuit occultus effoſſoꝛ ſubitā expauefceret ad ruinam. Quid vo būc vermē fouet aliud q̄z mētis alienatio? z obliuio veritatis? Aut qd niſi veritas p dēdū hūc inueſtigat pditoꝛē? z negociū arguit tenebꝛaꝝ? Nunq̄ hec ē q̄ dic: Quid pdeſt hoī ſi mūdū vniuerſū lucret? ſe aūt pdat z detrimētū ſui faciat? Et ite potētes ait poteter toꝛmēta pacient. Hec ē q̄ ſedula ſuggeſtiōe reducit ī mēte q̄z ſit ī ambitu fruola ꝛſolatio? gue iudiciū: vſus breuis: finis ignot⁹. Huc vſq̄z tētatiōes dñi: q̄rtaz inimic⁹ non pſumpſit afferre. Illa enim de ignoꝛantia eſt: nec dubitabat ſapiētiſſimū qui ſic moderabat reſponſiones ſuas: vt ī nullo vnq̄z poſſet deprehēdere quod querebat. Prima ſiquidem tentatiōe eſurieti ſuadebat de lapidib⁹ pane facere: ſz ille nec poſſe nec nō poſſe rndēs cibū aliū pretēdit dicēs Nō ī ſolo pane viuit hō: ſz in oi vbo q̄ pcedit de oze dei. Secūda vo tētatione precipitiū ſuadebat: pmittēs q̄ nō ledereť ſi filius dei eſſet: z ſic videś omnis ciuitas laudaret eum z magnificaret: z non eſſe ſe nec non eſſe reſpondit. Tertia de ambitione fuit: q̄ omnia regna mundi promiſit: ſi cadens adoꝛaret eum. Videſne q̄ ambitionis via adoꝛatio diaboli eſt: qua videlicet ad honoꝛes z gloꝛiam mundi peruenien dum ſuis ille adoꝛatoꝛibus polliceť. Quarta vt dixi tentatione apud eum abſtinuit: cuius numirum tantā eſſet expertus prudētiam in reſponſis. Quid autem aduerſus alios faciat? quos videt omnimodis diligere iuſtitiaz: z odiſſe iniquitatem? Quid niſi vt iniquitatem palliet virtutis imagine? Quos enī perfectos boni nouerit amatoꝛes: malū eis ſub ſpecie boni: nec mediocris ſed perfecti perſuaderi conaſ: vt cito cōſentiat q̄ magnope diligit bonū: z facile qui currit incurrat. Hoc igit eſt demonū non modo diurnū ſed etiā meridianū. An non hoc timuit maria? quando ad nouā ſalutationem expauit? An hoc non inſinuabat apl⁹ cum diceret: non enim ignoram⁹ cogitationes eius ipſe enī angelus ſathane tranſfigurat ſe in angelū lucis? An non deniq̄ hoc ipſum metuebant diſcipuli? q̄ videntes dñm ſup mare ambulantem clamauerūt putantes fantaſma eſſe? Et vide q̄z bene cōgruit q̄ quarta vigilia fuiſſe dicitur? quando ꝓtra tentationem quartam vigilaſſe diſcipuli perhibentur. Nec vero in re manifeſtiſſima noſtro arbitroꝛ opus eſſe eloquio: q̄ videlicet ſola ſit veritas q̄ palliatam detegit falſitatē. Quattuoꝛ has tentationes etiaz in generali ſtatu eccleſie haud difficile diligens cōſideratoꝛ inueniet. Nonne enim timoꝛ nocturnus exercebat nouellam adhuc eccleſie plantationez quando omnis qui occideret ſeruos dei arbitrabatur obſequium ſe preſtare deo? Demum pſecutione ceſſante z die reddita turbauit eam graui⁹ z afflixit ſagitta volans? quando exierunt aliqui de eccleſia inflati ſpiritu carnis ſue inanis et volatilis gloꝛie cupidi: et volentes facere ſibi nomen: linguas ſuas magnificando diuerſa z puerſa dogmata fabꝛicarunt. Ad nunc q̄ dem pax a paganis? pax ab hereticis: ſed non eſt pax a falſis filijs. Multiplicaſti gētem dñe ieſu ſed non magnificaſti letitiam q̄ multi vocati pauci vero electi. Omnes chriſtiani? z omnes fere que ſua ſunt querunt: nō que ieſu chriſti. Ipſa quoq̄ eccleſiaſtice dignitatis offitia in turpem queſtū et tenebꝛarum officium tranſiere? nec in his animarum ſalus ſed luxus queritur diuitiarum. Propter hoc tondentur? propter hoc frequentant eccleſias: miſſas celebꝛant pſalmos decantant. Pro epiſcopatibus z archidiaconatib⁹ impudenter hodie decertaſ: vt eccliaz reddit⁹ in ſupfluitatis z vanitatis vſus diſſipenť. Supeſt iā vt reueleť hō pctifili⁹ pditionis demoniū nō mō diurnū ſz etiā meridianū: qō nō ſoluz trāſfiguraſ in angelū lucis ſed extolliť ſup̄ omne qō dicit de⁹ aut qō colit. Numerū inſidiaſ crudelius calcaneo mſris eccle

a qua caput suū dolet esse cōtritū. Hic plane grauissimꝰ erit incursus: z ab hoc quoq; ecclesiā electoꝝ veritas liberabit, ppter eos breuians dies: z demonū meridianū destruēs illustratiōe aduētus sui. Et hec q dē dicta sint de tētationibꝰ istis. Nā z i sermone quodā sup cātica canticoꝝ: memini me sup his tractasse similiter cum meridiani huius demonij mentio incidisset: ex occasione. s. meridiani accubitus sponsi quem sibi sponsa petierat indicari.

¶De versu septimo. Cadent a latere tuo. Sermo septimus.

lvj NAm speviuimus frēs nec deficimus in tribulatiōe pñti: q in expectatione simus indefectibiliū gaudioꝝ. Neq; enim vana nobis hec, expectātibus aut dubia spes videt: innixa nimiꝝ eterne promissiōibus veritatis. Deinde etiā ex perceptiōe psentiū munerꝝ firma ē expectatio futuroꝝ: z pñtis gre virtꝰ nimis credibilit attestat: felicitatē, promisse glorie sine dubio secuturā. Hēpe dns virtutū ipe ē rex glorie: z in hymno quoq; eundē: Uotis vocamus patrē phēnis glorie patrē potētis gre cui etiā in psalmo canimꝰ: Quia misericordiā z veritatē diligit deus: gratiā z glorią dabit dns. Uiriliter ergo sustineat in hoc seculo pietas colluctationē: z psecutionem qualibet equanimiter patiat. Quidni tolleret oia que ad oia valet: promissionem habēs vite que nūc ē z future? Repugnet fortiter impugnāti: q: z repugnanti, ppugnator aderit indefessus: z triūphanti non deerit largissimus remunerator. Scuto inqt circūdabit te veritas eius. Necessaria plane ī supabilis protectio veritatis: nec modo intērim in carne degēti sed z postmodū exeunti: z nunc quidem ob periculosos conflictus tunc vō ob monstruosos occursus spirituum malignoꝝ. Hempe z sanctissimaz illam gloriosi martini animam voluit pars inimica nocere: z cruenta bestia sciēs q modicum iam tempus haberet toto, pfecto insania malitie ifatigabil nō ēverita ppe assiliē ei quoq; i quo nihil hēbat. Immo vō ad ipz etiā glie regē accedere impudētissima temeritas plūpsit: fic ipe testat. Uenit. n. pnceps hui⁹ mūdi: z in me nō hz qcq;. Felix aia q̄ sic interim tētationū iacula scuto reppulerit veritatis: vt nil, plus venenatū i se qualere passa oīno nō pfundat cū loquet inimicis suis i porta: nihil in me funeste repies. Felix que sic circūdat clipeus veritatis: vt ītroitū q; z exitū eiꝰ custodiat: opus erit duce fideli: opus erit psolatore magno propter horribiles illas visiōes: non minus q; hic adiutore z ppugnare cōtra inuisibiles tentatores. Gloriſicate itaq; dilectissimi z portate interim xpm in corpe vestro: onꝰ delectabile suaue pondus sarcinā salutare z si pmere aliq̄s forte videt etiā si interdū latera tundit z flagellat recalcitrantē: etiaz si qñ in chamo z freno maxillas cōstringit z cohercet oīno feliciter. Esto vt iumentū q saluatore portas: sed nō tū penitus iumē tū. Hō inqt cū; in honore eēt nō intellexit: cōparatus ē iumētis insipiētibꝰ: z simil' factus ē illis. Quid enim tātope vel plangit ppheta vel arguit in hoīe similitudinē iumētoꝝ: psertim q alio quodā loco de se loqui z dicere deo nō sine gratulatiōe videt vt iumētū factus sum apud te: z ego semp tecū? Puto imo non puto sed scio similitudinē aliquā iumētoꝝ homini cōmēdari: sz plane nō eā que in nō intelligēdo z in insipiētia: sed que in pacientie imitatiōe psistat. Neq; enim succēsentis similiter sed ne plāgētis qdē videret vox si dixisz: Hō cū sub dei onere eēt nō recalcitrauit vt iumētum factus ē apud deum. Quis non illi iumēto plurimū inuideret: cuius in humili tergo ad cōmēdationē ineffabilis sue mansuetudinis dignatus ē sedere saluator? si cum illius tam pretiosi oneris gestatione intelligentiam quoq; tā singularis habuisset honoris? Ut iumentū igit̄ esto minime tū iumentū: patienter quidē sustinēs onus: sed honorem intelligens sapienter: z delectabiliter cogitans tā ipsius oneris qualitatē

q̄z propriaz vtilitatē. ¶Magnus ille ignatiꝰ discipuli quē dñs diligebat adiutor ⁊ martyr noster: cuius preciosis reliquijs nostra est ditata paupertas: mariaz in plurib⁹ q̄s ad eam scribit epistolis christiferā consalutat. Egregiꝰ plane titulus dignitatis: ⁊ cōmendatio honoris imensi. ¶Nempe cui seruire regnare est: gestare hunc non onerari est: sed ornari. Ceterum non ei de quo loq̄bamur salnatoris asello verēdū vllatenus videbatur: ne forte sub illa tali sarcina deficere posset in via. An vō timendus ei aut lupoꝝ incursus: aut raptoꝝ occursus? vel precipicij seu periculum aliquod? sub tanto preside metuendum. Felix qui sic tulerit christum: vt a sancto sanctoꝝ in sanctam ciuitatem mereatur induci. ¶Non est omnino q̄d timeat: ne vel ī via quodlibet offendiculum vel repulsam in ianua patiatur. Illi nempe iumento viam parabant fideles populi: huic angeli sancti: quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis: ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Sed non sunt hec preoccupāda modo series magis ipsa scripture expositionis ordine sequēda est. Cadent inquit a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te autē non appropinquabit. ¶Hic enim versus hodie nobis tractandus est non ignoratis. In precedenti sane capitulo: quod nouissime tractabatur dictum est si recolitis quemadmodum a quattuoꝝ quibusdam maximis equidē grauissimisq̄z tentationibus huius vite protectio liberaret veritatis: videlicet a timore nocturno. a sagitta volāte in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meridiano. Q̄d ergo sequitur Cadent a latere tuo mille: etiaz future magis vite arbitror assignandum. Unde ⁊ in p̄ncipio sermōis huius meministis adhuc nisi fallor: quod sententie meminimus apostolice: qua videlicet valere ad omnia pietatē vite quoq̄z eius que nunc est: ⁊ future promissionem habere commendat. Audite ergo ⁊ audite ī letitia cordis vestri: quod ad future vite promissionem: ⁊ vestram expectationem pertinere videtur. Ubi enim est thesaurus vester: fit ⁊ cor vestrum. Et quidem studiose audistis presentia non sum immemor: sed studiosius decet audire futura. ¶Nāz ⁊ pseudo prophetā balaam dico recolite qui historias nostis? ⁊ ipe inquam iniquus iustorum optabat mortem: ⁊ nouissima sua horum similia fieri precabat. Tātus est pietatis fructus: tanta iustitie merces: vt ne ab ipsis quidem non desiderari queat impijs ⁊ iniustis. ¶Dinus tamen delectat canticū syon salices babylonis. Suspendenda proinde organa apud eos: lamētandum magis super flumina babylonis: si forte persuaderi eis possit vt plangant. ¶Hic plane mihi cantandum est: vbi nō deerunt qui tota alacritate spiritus saltēt ad vocem psalterij ad canticum syon: ⁊ vehementia quadam sacri desiderij ad eam gestiant prenolare dicentes: Quis dabit mihi pennas sicut columbe? ⁊ volabo ⁊ requiescam? Quid enim aliud exultare? q̄z ex se ipo saltare est? ¶Dinus sapit his qui medio pericitantur in mari: iactanē vndis: aguntur fluctibus: quamlibet fauorabile sit: q̄d de remoti ⁊ prope iam desperati trāquillitate seu amenitate littoris nunciatur. Sed nec ad eiusmodi pertinet animaz quod hodie nobis propositum est: neq̄z enim talis quispiam adhuc meretur audire Cadēt a latere tuo mille: ⁊ decē milia a dextris tuis ¶Demento cui facta sit hec promissio: nempe ei qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cōmoratur. Audiat igitur is qui salutis portu cogitatione iam et auiditate propinquat: qui preiactata velut quadam anchora spei sue terre illi desiderabili inconuulsibiliter inhesisse videtur: cunctis diebus quibus nunc militat expectans donec veniat immutatio sua. Precipua sane ⁊ certissima propinquatio portus huius: becipsa ī qua positi estis exitus preparatio est: vocationis videlicet iustificationisq̄z diuine. In his nempe duobus fidelis quedam est constituta connexio velut cuiusdam eternitatis ad eternitatem: id ē magnificatiōis ad p̄destinationē: q̄rū eq̄dē sic̄ p̄destinatio nullo pcisa p̄ncipio: sic ⁊ magnificatio nihilominus nullovnq̄z

sine clandēda. Ne vo eā quā dixim⁹ q̄si ge mine huius eternitatis mediam connexio nem esse putes nostre adinuentionis: apostolum audi si non tibi eandem manifesti⁹ ipse commendat. Quos prescivit ⁊ predestinavit conformes fieri imaginis filij sui: Quomodo putas? aut quo ordine magnificabitur? Siquidem que a deo sunt ordinata sunt. Nam a predestinatione ad magnificationem? saltu quodaz peruenies repentino? Prouide tibi medium pontem: aut magis ingredere iam paratuz. Quos predestinauit inquit: hos ⁊ vocauit. Quos autem vocauit: illos ⁊ iustificauit. Et q̄s iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Hec via equidem bona videtur nonnullis hominibus: sed ⁊ bona est: nihil super eius fine timendum. Nō tibi sint vie huius suspecta nouissima? perge securus: tanto viuidi⁹ q̄n to certius ea iam propinquare videntur. Nempe tenes media? quomodo non nouissima propinquarunt? Agite inquit penitentiam: appropinquabit enim regnum celorum. Sed regnum inquies celoz vim patitur: ⁊ violēti rapiunt illud. Nullus mihi ad hoc nisi per medios hostium cuneos patet accessus? in itinere medio sunt gigantes: in aere volitant: obsident transitum obseruant transeuntes. Attamen fiducialiter age: ne timeas. Magni sūt: multi sūt: sed cadent a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis. Cadent vndiqz: nunqz tibi deinceps nocituri in perpetuū. Parum est: non appropinquaturi. Et quidem videbit peccator ⁊ irascetur: sed a latere venet? q̄ videlicet preueniat te misericordia dei tui: eadem quoqz nihilomin⁹ misericordia etiā subsequetur: ⁊ introitum videlicet tuum: quem supra meminimus: ⁊ exitum tuū custodiens. Alioquin quid in illo tam terribili spiritualium nequitiaruz occursu humani posset consistere sensus? quod non intolerabili concuteretur horore? Quid putatis fratres: si vl' vni alicui e tam multis p̄n cipibus tenebrarū in medium nostri irruere: ⁊ in tota feritate sua ac tenebrosi enormitate corporis apparere liceret? quis illū posset vel corporis sensus sustinere vel cordis? Beniqz ante hos paucos dies ipsi scitis vnū quendam ex vobis ⁊ prius dormiē tem: ⁊ postea excitatū tam grauiter fātasia nocturna turbare permissa ē: vt vix in die illa rationis compos vix potuerit esse securus. Etiam vos omnes pariter expauistis: cum territus ille terribilē nimis exclamasset in vocem. Erubescendum sane q̄ vsqz adeo fides in vobis vel dormientibus visa fuerit obdormisse? sed ad nostraz fine dubio factum est admonitionem: vt tota solli citudine meminerim⁹ aduersum quos nō bis sit colluctatio z nequando. Saut ignari hostilis inuidie: aut protectioni diuine inueniamur ingrati. Ex hoc vehemētissimo siquidem proprij cruciatu liuoris in tantū prorupit malitia inueterata furoze: bis p̄ sertim diebus sanctis acrius sese indicans vestra deuotione torqueri. Eodem sane tabescentis insanie zelo: sed licentia ampliori exeuntibus sanctis adest: non nisi a latere tamen. Neqz enim vel occurrere iam a facie: quasi vim faciat: vel a tergo repere: tanqz vt decipiat permittitur. Sed nec iuxta iter quidem de cetero scandaluz ponet tibi: ad te enim non approprinquabit. Nō modo non attinget vt feriat: sed nec accedet vt terreat. Puto enim id verebaris ne forsitan grauis ad illas tam mōstruosas effigies: ⁊ larualium tantam multitudinem facierum horor inuaderet: sed egregius tibi paraclitus ⁊ efficacissimus aderit consolator ipse nimirum de quo legisti. Coram illo procident ethyopes: ⁊ inimici eius terrā lingent. Plane ad nihilum deducetur in conspectu eius malignus: sic timentes se glorificabit. Presente te domine iesu quā cumlibet irruant hostes: immo non irruāt: sed ruant. Confluant vndiqz: sed vt fluant ⁊ pereant a conspectu dei: quemadmoduz fluit cera a facie ignis. Quid enim metuā deficiētes? Quid tremētes paueā? Quid verear cadētes? Et si ambulauero i medio vmbre mortis nō timebo mala: dūmō tu mecū sis dñe de⁹ me⁹. Sicdē ptin⁹ aspirabit dies ⁊ inclinabūt vmbre: cadēt hinc inde p̄cipes tenebrarū. Qs enī nunc q̄z dū inf maligna ꝛoz occultasqz suggestiones p fidē adhuc: si

p ſpeciē ambulamus fides tamē victoriosa triumphat: quō non facilius ipsa iam tunc propalate cognitio euidens veritatis cum suis illis tenebrosis ferrugineisq; imaginib⁹ exſufflabit? Nec causeris forte de numero vel ipsam saltem multitudinem verearis. Memento sane q ad vnum saluatoris imperium ab obsesso iam ⁊ diu possessoriius hominis corpore demonum legio tota discessit: ⁊ ne ipsos quidem ausa est nisi ab eo iussa contingere porcos. Quanto magis ipso duce quotquot fuerint vndiq; cadent? cum ingenti admiratione ⁊ confusione dicentes que est ista que ascendit sicut aurora consurgens: pulchra vt luna electa vt sol terribilis vt castrorum acies ordinata? Intrepidus itaq; ⁊ omnino impauidus magis aūt gratulabundus ⁊ laudans oculis tuis considerabis: nec sane iam vel impugnationem sustinebis vel furorem pauebis q̄ magis retributionem peccatorū videbis. Et quidez videntur sufficere hodie posse que dicta sunt: sed adhuc aliquos vestrum non nulla arbitror expectatione suspendi. Modo uet enz studiosiores quosq; ni fallor: quid nam sibi velit q a dextris decem milia: a sinistris vō mille perbibet eē casuros. Nam latus sane quod simpliciter dicitur nō nisi sinistrum hoc loco licere accipi puto: presertim q dextrum in continenti proprio designetur ex nomine: ⁊ non sine certi ratione mysterij a sinistris multos: sed mlto plures a dextris casuros predixisse videtur. Nisi forte quis tam hebes fuerit ⁊ insulsus: vt i eo q dicitur mille ⁊ decē milia certam exprimi putet numeri taxationem ⁊ non magis superabundantez comparationē. Nos enim non sic diuinas scripturas accipimus sed neq; ecclesia dei. Cadēt ergo a sinistris quidem mille a dextris autez decem milia q videlicet abundantiori malignitate ⁊ vesut copiosiore manu dextris insistere partibus dextrum latus appetere consueuissent. Quod quidem si magnū illud ecclesie corpus considerare libet: facile satis aduertimus: longe acrius impugnari spirituales ipsius ecclesie q̄ carnales: que nimirū duo eius latera dextrum sinistrumq; puto non inconuenienter accipimus. Agit ergo hoc sane superba semper ⁊ inuidiola malicia p̄fectiores quoq; vehemēti⁹ pulsatis: iuxta illud esca eius electa. Et item. Ablorbebit fluuium ⁊ non mirabitur: habet autem fiduciam q ⁊ iordanis influat in os ei⁹. Agit inq; sed non sine certa diuini dispensatiōe consilij: qui quidem nec imperfectiores supra id quod possunt ferre tentari patit faciens cum tentatione prouentum et perfectioribus non modo gloriosiores sed ⁊ numerosiores parat ex hoste triumphos. Tota ergo pariter electorum ecclesia coronabitur: q vtraq; parte sui legitime certauerit: vtroq; numirum eorum tam potenter interim ventilans inimicos vt paulo post manifestius cadere videātur a latere eius mille ⁊ decemmilia a dextris ipsius. Sic nimirum olim iam quidem dauid profectione virtute probata nec dum vō propalata i hierusalem reprobatione saulis canebat in choro dicens. Percussit saul mille ⁊ dauid decemmilia. Sin autē ad singulos magis placet hoc referri: non vobis deest nec in hac parte quidem spiritualis intelligentie via: dum modo propriam superhoc experientiam consulatis. Longe siquidē ampliori sollicitudine ⁊ calliditate multiplici pars aduersa vulnerare in nobis dexteram satagit q̄ sinistram: nec tam corporis profecto q̄ cordis laborat auferre substantiā. Utrāq; numirum prosperitatem humano generi inuidere nosciuntur? vtraq; eos felicitate fraudare contendunt ⁊ celesti videlicet et terrena: sed longe amplius rore celesti q̄ pinguedine terre. Ln vō incongrue hec diximus duo latera quibus numirum duplicem hominis substantiam constat inuiti vos iudicate. Nam q spiritualia quidem attribuimus bona dextere: sinistre vō carnalia minime prorsus vereor arguendum presertim a vobis: quibus semper studij est nec dexteram aliq̄n sinistraz: nec sinistram dexteraz reputare. Nec vō aliter vera qdē sapientia probat: q̄ vt in sinistra diuitie et glorie: in dextera autem sit longiturnitas

vite. Nam ⁊ hoc sane nullatenus expedit ignorari: qua nam parte nobis vehemēti⁹ instet pernicax hostiū multitudo. Illic nēpe studiosius repugnandū vbi grauior viget necessitas: vbi totum belli imminet pondus vbi colluctationis ratio vniuersa consistit: vnde nobis tota paraſ aut victis ignominiosa captiuitas: aut vincentibus gloria triumphalis. Deniq; propter hoc nunq; ad insipientiam vobis tundendum libere aduersario videmini latus exposuisse sinistrū vt dextrum perinde tota solicitudine conseruetis. Hec nimirum cōmendata a xpo ⁊ a christianis omnibus imitanda serpentis prudentia est: vt caput solum toto si necesse fuerit corpore expōsito tueatur. Hec vera philosophia: hoc consilium sapientis vt omni custodia seruetur cor: quia ex ipso vita procedit. Hec deniq; gratia ⁊ misericordia dei in seruos eius: ⁊ respectu in electos illius: vt eorum interim sinistram quidem velut dissimulans dextere semper studiosius protector assistat. Hinc est qđ de se ipso propheta testatur. Prouidebam dñm in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne cōmouear. Nunquid ⁊ illius manum dexteram ⁊ solam eum putas dexteram tenuisse? cuius totam in facultatem pariter ⁊ in carnem licere passus quicquid libere visum est inimico? verumtamē animam inquit eius serua? Utinam mihi semper a dextris sis iesu bone: vt semper te neas manum dexteram meam. Scio enim ⁊ certus sum: quoniā nulla nocebit aduersitas si nulla dominet iniquitas. Tundeatur interim ⁊ tundatur sinistruz latus? pulsetur iniurijs: vellicetur obprobrijs? libens illud expono dum a te custodiar: dum mō sis ipse protectio super manum dexteram meam. Forte enim horum qui a sinistris casuri sunt homines magis sunt intelligendi q̄z demones. Di nimirum nobis nō nisi ob temporalia quelibet aduersantur transitoria bona? que quidem aut nos habere inuidiosa malignitate suspirent: aut cupiditate iniusta sese potius doleant non habere Forte enim mundi huius conantur auferre substantiam: forte fauorem hominum? forte ipsam corporum vitam. Usq; ad hec humana seuire psecutio potest: anime enī non habent quid faciant. Nam demones quidem superna nobis ⁊ eterna potius inuidere noscuntur: non tamen vt sibi cedat quod irreparabiliter amiserūt. Indignatur ⁊ liuore tabescit obstinata malignitas humanam obtinere fragilitatem: quod retinere ipsa non meruit. Sed ⁊ si quando forte temporalia cui vis damna aut inferre conantur aut gratulantur inferri: hec est eorum tota molitio vt iactura exterior vel eidem ipsi vel alteri occasio fit interne? sicut eregione homines quotiens ea suadere nobis aut quolibet modo efficere curāt vnde dextera nostra ledatur: non hoc quide principaliter agere sed temporale aliquod cui vis prouenturum vel sibi scilicet vel nobis vel alteri forte cuipiam: aut detrimentum aut emolumentum exinde seu captare seu pulsare velle videtur: nisi forte eatenus qs in demonem transiuit ex homine vt optare vllo modo possit quālibet sibi inimicissimū hominez eterna dānatiōe mulctari. Quid nos miseri dormitam⁹ a spūali studio? quos tam multipliciter infectatur nequitia spiritualis? Et pudor est dicere: ⁊ flere phibet vis doloris. Quantos enim inuenire é fratres ex his quoq; qui in religionis habitu ⁊ proposito degunt perfectionis? quos terribilis illa prophete sententia comprehendisse videtur. si oblitus fuero tui hierusalē obliuioni detur dextera mea. Nempe sinistri custodie lateris tota sollicitudine incubantes callent ad modum: sed sapientia huius seculi cui abrenunciasse debuerant: ea quoq; nihilominus quā reuelat caro ⁊ sanguis quibus iuxta apostolum noluisse acquiescere videbantur. Deniq; videas eos tam auide lucra captare presentia? tam secularitēr transitorijs vtilitatibus aggaudere ad terrenarum damna vel minima facultatum tam pusillanimiter conturbari tā carnaliter super his decertare? discurrere tam ipudēter tā irriligiose secularib⁹ sese implicare negotijs: ac si eēt eorum tota porro hec

vniuersa substantia. Attentius sane agricola pauperem excolit fundum: sed cui forte nulla aplior sit preciosiorue possessio. Huc cellam panis in sinu suo medicus abscondit q in sacellis eius solu hoc metalli genº eruginet. Tu qd ita extreme huic paupertati & quidem ppij male pdigus laboris incubis? Est & altera tibi possessio forte remota. Erras. Nil tam prope nos: q̃ qd̃ itra nos est. At forte non q longius posita sed inutilem esse causaris. Si hic tibi querendã magis sufficientiã putes: falleris. Ibi magis inuenies: imo non inuenies nisi ibi. An vo existimas q vel operam tuã non existat? vl minus respondeat opanti. Aut certe in tuto credis esse locatã? nec vlla deinceps solicitudine custodis egere? Quodlibet horum sapias: scito q̃ descipias vehementer. Ibi enĩ q̃ maxime que seminauerit homo hec & metet. Sz qui parce seminat: parce & metet: qui vo in benedictionibº seminauerit de benedictionibº metet? vt faciat vnũ triceſimũ: vnum quadragesimũ: vnũ centesimum. Habes aũt thesauz istũ in vasis fictilibus: si tñ adhuc habes. Puto enĩz iã amisisti: puto iam sublatus est: puto iam comederunt alieni robur tuũ & ignorasti: nec potes thesauro tuo cor apponere: quippe qui thesauz tuum non habes. Alioqn q̃so te si tam sollicitus es si nec minima spernis si tam prudẽter seruas paleas tuas: etiã oreum tuum custodire memento. Immo vo non exponas thesauz tuũ: qui sic incũbas sterquilinio tuo. Forte enim illud tibi imuident mille: sed istud obsident decemmilia: nec minus superabundantes negtia & crudelitate q̃ numero. Uerte illuc oculos fidei: forte enim iam irruperunt aditus: forte iam libere diripiunt oia forte iam spolia ipsa distribuũt. Quid sinistro lateri tã male studiosus obseruator inberes? Nisi q iã tibi non in latere esse sed in facie sinistra videntur? q hic prouideas in conspectu tuo semp: & qui tangit hic nõ latus tetigisse putetur sed pupillam oculi tui. Letez iã nũc tibi prounde qsqs es dexteri negligens sinistri lateris cultor: ne cũ edis locuz accipias in sinistra q̃ elegisti. Aspez verbũ fratres non imerito expauistis. Et cauere non minus necesse est q̃z pauere. Et qdem dñs meus iesus post cetera inestimabilis sue erga me beneficia pietatis: etiã dextrum sibi pper me passus é latus fodi: q videlicet nõ nisi de dextera mihi ppinare vellet nõ nisi in dextera locuz parare refugij. Utinã ego talis merear esse columba que in foramine petre habitet: & in foramine lateris dextri. Considera tñ hoc qdem vulnus eum penitus non sensisse? neq enim illud excipe voluit nisi iam soporatº in morte: vt moneret te q̃diu viuis in huius semp lateris vigilare custodia? sed & mortuã censeri animaz meam oportere: que qdem priciosa insensibilitate dissimulet in dextera sibi vulnus infligi. Merito qdem in sinistro latere positum dicit esse cor hominis? qõ affectio eiº prona sit semp: & procluis in terram. Nec sane ignorabat hoc qui miserabiliter ingemiscens adhesit pauimento ait anima mea viuifica me fm verbum tuum. Sed ne his quidem in hoc vos pondere qditionis humane & grauedine cordis remanere volebat: qui sic admonẽs loquebatur. Leuemº corda nostra cum manibus ad deum. Plane id suadebat vt a sinistro latere erigerentur ad dextrum. Secularis militia fratres i sinistro tñ latere clipeum portat. Nõ imitemur si inter eos nolumº deputari: quos huic seculo constat militare non xpo. Nemo inquit militans deo iplicat se negotijs secularibus: hoc est scutum applicat non tã dextere q̃z sinistre. Attamẽ fratres vtriqz nobis latus tegẽdũ est si memunistis. Scuto inqt circundabit te veritas eius. Et apostolus ipse per arma inqt iusticie a dextris & a sinistris. Letez ipsaz audi iusticiam: forte enim non eadem vtriqz lateri forma prescribitur. Nempe huic quidem mandatur non vosmetipsos defendentes carissimi sz date locuz ire: inde vo precipitur: nolite locum dare diabolo. Et itez: Resistite diabolo: & fugiet a vobis. Audi adhuc quomodo tegas latus vtrũqz: prouidentes bona ait idem apostolus: non tñ coram deo sed etiã coram hominibus. Nec est enim voluntas dei: vt benefacientes non modo tabescere

malignoꝝ demonum inuidiam: vexꝫ etiam obmutescere faciatis imprudẽtiũ hominũ ignorantiam. Numquid tamen in eternuꝫ nobis erit hec protectio necessaria? aut sem per ab vtroqꝫ latere hostile agmẽ instabit? Erit qñ non modo nõ instabit: sed nec sta bunt quidem. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis. Siquidez nec humana malitia iam tunc habebit quid fa ciat: nec demonum milia plus verebimur qꝫ totidem vermium agmina vel muscaꝝ. Haud aliter deniqꝫ intuebimur eos qꝫ filij israel trãsmisso iam mari rubro vndiqꝫ sui egyptios mortuos sed ꝛ rotas currium in profundum ire cernebant: vt ꝛ nos sez longe tamen securius ꝛ delectabilius cantem⁹ dño: qꝫ gloriose honorificatus sit equũ pariter ꝛ ascensorem eius deijciẽs in abyssũ.

¶De octauo vsu: Uerũtñ oculis tuis cõsiderabis. Sermo octauus.

lviij

Breuius quidẽ vobis aliquando dilectissimi loqueremur: si crebrius id licere qõ et vos credimus non nñiqꝫ aduertere potuisse. Cetez quotiẽs ip sa diei preoccupante malicia pluribus fortẽ diebus molestissimũ sustinuim⁹ a vestra consolatione ꝛ exhortatione silentium: neminem reor oportere mirari tempus ipsuꝫ redimere cupientibus nobis sermo rarior interdum protractior videatur. Hoc sane nobis actum sit breui proemio: vt hesterni pariter hodierniqꝫ sermonis illius quidem prolixitas: huius vo brevitas excusata apꝰ vos habeatur. Uereor siquidez minus gra tam forte nõnullis vel illius fuisse vel istam forte aut magis vtrãqꝫ qꝫ alteram. Scuto i quit circundabit te veritas eius non time bis a timore nocturno? a sagitta volante in die a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. Cadẽt a la tere tuo mille? ꝛ decẽ millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Dixim⁹ in precedentibus sermonibus qꝫ dignata ẽ veritas ipsa largiri: quẽadmodum scilicet fidelem animam interim quidem a tentationibus: postmodum vo a difficultatibus tueatur. Que tamen vtraqꝫ breuius gdez in alio psalmo idem iste propheta comẽdãs In te inquit eripiar a tentatione et in deo meo transgrediar murum: qꝫ ipso nimiruꝫ duce nec hic gradiens offendiculum: nec egrediẽs hinc obstaculum pateretur. In altero ergo crebra ereptio: in altero plena iam ꝛ secura liberatio designatur. Nam in hoc sane tertio quod adiungit: verũtamen oculis tuis considerabis: etiam felicitatis non modice promissionem arbitror conti neri. Cadẽt inquit a latere tuo mille: ꝛ decẽ millia a dextris tuis: ad te autez non appropinquabit. Uerũtamen oculis tuis cõsiderabis. Ita oro domine ita fiat. Cadant illi ꝛ non cadam ego? paueant illi ꝛ non paueã ego: confundant illi ꝛ non confundar ego. Euidentius siquidem paucis hoc loco verbis ꝛ anime mihi immortalitas cõmendatur ꝛ ipsius quoqꝫ fides astruitur corporee resurrectionis. Nempe ruentibus illis futurus sum ipse qui videam: ꝛ ne isti quoqꝫ quibus eorum nouissimam intuear retributionem defuturi oculi. Neqꝫ enim simpliciter oculis: sed oculis ait tuis considerabis: istis vtiqꝫ qui nunc languent pre impia: ꝛ deficiunt dum speras in deum tuum Et vere fratres deficiunt dum speramus. Quod enim videt quis: quid sperat? Spes inquit que videtur non est spes. Ipsis ergo iam tunc considerabis oculis quos modo quidem nec leuare audes ad celum: ipsis plane qui totiẽs interim fluunt lachrymis ac crebris compunctionibus atteruntur. Neqꝫ enim nouos tibi instaurandos putes: sed tuos vtiqꝫ restaurandos. Quid tñ de oculo dixerim? ꝛ si minutissima: eminentissima tamen excellẽtissimaqꝫ humani corporis portione? Reposita est in sinu nostro beata spes ex promissione vtiqꝫ veritatis: ne capillum quidem de capite periturum. Forte tamen idcirco signanter visio promittitur oculorum: qꝫ hec quidem summum interim anime desiderium videatur vt videat bona. Credo inquit videre bona domini in terra viuẽtium. Supremas nimirum corporis sui fenestras superne aperiri desiderat

rat veritati per speciem ambulare gestiens q̄z per fidem. Sane fides ex auditu: nō ex visu. Deniq̄z substantia est sperandarū rerum: argumentū nō apparentiū. Et in fide ḡ sicut ⁊ in spe deficit oculus: auris pficit sola. Dñs deus aperuit mihi aurē ait propheta: sed q̄nq̄z etiaz oculū reuelabit. Erit q̄n iam non dicet Audi filia ⁊ inclina aurē tuā: sed leua potius oculos tuos ⁊ contemplare. Quid? Plane iocunditatē ⁊ exultationē: quam thesaurisat sup te deus tuus. Quid? Plane nō ea modo q̄ interim qdē etsi nō videre adhuc: audire tū ⁊ credere potes. Uerūetiā q̄ sicut non vidit oculus sic nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Mirū tanta capiet oculus resurrectiōis quanta nec auditus nec animus ipse nunc capiat: Ob hanc deniq̄z tam vehementem aīe concupiscentiaz videndi. s. quod audit ⁊ credit: aliū euidentissimū futurę preconē resurrectionis ipsoz propriam mētioné fecisse arbitror oculoz. Rursum ait circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deuz saluatorē meū: quē visurus sum egoipse et non alius: ⁊ oculi mei conspecturi sunt. Et adiecit: Reposita est hec spes mea in sinu meo. Forte tū cōsiderandū attētius quod ait oculi mei: sicut ⁊ in psalmo Oculis ingt tuis considerabis. Nunquid enī mei esse oculi nūc videt? Plane nō mei. Nōnunq̄z sane visi sunt fuisse mei: q̄ ipsi quoq̄z ad eā pertinere noscantur quā male seruaturus accepi paterne substantie portionē. Nēpe velociter profligata est: vniuersam citius dissipaui. Occupauit mēbra omnia lex pcti libere intrabat mox per fenestras meas: cuius nimirum factus eram seruus etiam egoipse. Miser equidē seruus: nō sane homini seruiēs: sed imundo pecori ⁊ cenoso. Neq̄z enim mercēnaria saltē cōditione famulabar: sed plane seruili. Nisi forte mercedem quis dari putet: cui etiam cibus negatur: ⁊ cibus ipsa quoq̄z esurie pernicioz. Cupienti figdē porcoz siliquas nemo dabat: vt porcis viuerēnec conuiuerē porcis. Deinde nūquid me⁹ tunc oculus erat? quando deprędabatur aīam meam? Qua quidem necessitate demū coactus sum beneficium refutare in manu dominatoris? vt quod omnino non poteram: ipse sibi illud ab hostili tyrannide vendicaret. Considerate attētius dilectissimi ⁊ animaduertite: in qua nā euaseritis potestate pharaonis intolerabile iugum? vt iam membra vestra non sint arma iniquitatis peccato: nec regnet vltra in mortalibus corporibus vestris. Nō est hoc operis vestri fratres? dextera domini facit virtutem: solus hoc potest: qui nihil omnino non potest. Ne dixeritis Manus nostra excelsa: sed tam salubriter q̄z veraciter confitemini: quia dominus facit hec omnia. Deniq̄z nemo sibi dubitet omnimodis esse cauendum: ne forte dum adhuc dies malt sunt: ⁊ nulla vsquaz securitas homini: suam hanc possessionem de manu tam pij tāq̄z prouidi tutoris in periculosam pernicioſāq̄z interim libertatez recipere velle presumat. Nō enim emulatur pater pro te emulatur: nec inuidētie sz prouidentie est: q̄ sibi totam iubet manere substantiam ne pereat tibi. Deniq̄z vbi ad magnam illam sanctamq̄z ciuitatem peruenerit: cuius fines posint pacem? vbi nullus iam hostiū timeatur incursus: nec modo reddet te tibi: sz dabit insuper ⁊ seipm. Interim sane a voluntatibus tuis auertere: ⁊ deo dicata membra nulla tibi temeritate vsurpes: sciens q̄ pietati sanctificata non absq̄z graui sacrilegio in vsus vanitatis? curiositatis: voluptatis: aut eiusmodi secularis operis assumantur. Nescitis ait Apostolus q̄ corpora vestra templuz sunt spiritussancti: quem habetis a deo? ⁊ non estis vestri? Et item: Corpus inquit nō fornicationi. Sed cui? Nunquid tibi? Plane sit tibi liberuz: sed si eripere illud: aut ereptum saltem deinceps a fornicationis impetu vendicare proprijs viribꝰ potes. Nō si forte non potes: imo quia vere non potes? fit corpus non fornicatiom: sed domino: seruiatq̄z interim sanctificatiōi: ne corruptioni denuo peius seruire contingat. Humanuz dico ait Apostolus propter infirmitatez carnis vestre. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire inigtati ad inigtatē:

ita nūc exhibete membra vestra seruire iu
stitie in sanctificationē. Verum id quidem
propter infirmitatē: vt ipse quoq; premisit
Ceterū vbi resurrexerit in virtute: qđ fue
rit seminatū in infirmitate? nulla iam erit
necessitas seruiendi: vbi ⁊ securitas libera
erit ⁊ secura libertas. Quidni multo ma
gis reddat eum sibi? Quidni potius liber
tate donet fidelem seruū magn⁹ ille pater
familias? quandoquidē ⁊ super omnia bo
na sua constituet eum? Jam tunc ergo ocu
lis tuis ꝓsiderabis: si tamen fideliter agno
ueris interim eius esse: non tuos. Nam et
preter eam quam diximus voti vtiq; tā ne
cessariā rationē: quo nimirū membra ipsa
que tibi a peccati tyrānide vēdicare oīno
non posses: proprijs abrenūcians voluntā
tibus diuino cultui mancipasti? nunqd vel
modo tua eē vident: in quib⁹ adhuc ⁊traria lex etsi nō regnat habitat tamē: in qui
bus pena peccati secūdus equidem hostis
tuus nō mō manet: ſz ⁊ pualet ⁊ libere do
minatur? Tunc tuū dixeris corpus: quod
mortuū est propter peccatū? aut anime esse
quod animā aggrauare non cessat? Plane
fiqd suū illud dicere cupit: nō aliud conue
nienter dixisse videbit q̄z onus suū: q̄z car
cerem suū. Alioquin quonam modo tuos
dixeris oculos? quos sane interim vis nō
vis totiens somn⁹ occupat: fumus turbat:
exiguus pulvis sauciat: noxius humor ob
nubilat: dolor acerbus excruciat: vel ipsa
demū nouissima mors excecatur? At tunc
plane tui erunt: quādo omnia ista nō erūt:
vt vere iam tuis oculis cōsiderare sit: qui
bus nimirū pro libitu deinceps vtaris ad
omnia tam libere q̄z secure. Neq; enī auer
tendi de cetero erunt oculi: ne videant va
nitatem: q̄ purissimā videant veritatem:
multo minus intrabit mors per fenestras:
q̄ ipsa quoq; inimica nouissima destruat.
An vō times eos e tanta plenitudine lumi
nis: vbi singuli iusti tanq̄z singuli soles ful
geant? aliqñ forte caligaturos? Timendum
id plane: si nō ipsos quoq; oculos sicut ce
tera humani corporis membra resurrectio
glorificaret. Et retributionē peccatorū vi
debis. Hoc plane eis graue tormētū: ⁊ ma
gnus quidam malor⁹ cumulus erit. Forte
enī quod cū q̄z solatium videret: eor⁹ quos
tam malitiose impugnauerūt in tormentis
suis: vel conscientiā latere: vl̄ ipsos saltem
declinare; posse conspectus. Verūtñ etsi il
lis ex hac nostra consideratione imensum
q̄ddā miserie pōdus accidit? nob q̄ necessi
tas erit: q̄ vtilitas: q̄ voluptas? Quid enīz
modo tam irreligiosum: imo quid tā inhu
manū ⁊ execrabile videretur? q̄z cruore q̄n
tumlibet inimicor⁹: quantūlibet iniquorū
pascere velle oculos: ⁊ oblectare aspectus
supplicijs miseror⁹? Attñ sicut videbit pec
cator ⁊ irascetur dentibus suis fremet ⁊ ta
bescet? prius enī benedicti vocabunt in re
gnū q̄z maledicti in caminū ignis deijcian
tur eterni: quo videlicet acrius doleant: vi
dentes quid amiserūt: sic iusti quoq; vide
bunt ⁊ letabuntur considerātes quid eua
serūt. In illa q̄ tāta sepatione qđadmodū
hedis agnor⁹ visio grauissimi luoris occa
sio fit: sic electis e regione consideratio re
probor⁹ imensa quedam materia gratiarū
actionis ⁊ laudis. Unde enī iusti tam ma
gnifice gratias agerent? vbi cū illa inexco
gitabili felicitate qua perfruunt ipsam q̄z
retributionē cernerēt peccator⁹: a quibus
sola equidem misericordia redemptoris se
gregatos sese fidelissime ⁊ deuotissime re
cordant? Unde vō impij tanto animi furo
re tabescerēt? nisi in regnū sume btitudis
cor̄ se vidissent alios introduci: ettunc de
mūi illos sese fetores: in illos horrores: i il
los etnūncēdij cruciat⁹: i illas deniq; imor
tal' mortis miserias gemerent esse damna
tos? Ibi inquit erit fletus ⁊ stridor dentiū
Fletus quidem ob ignem qui nō extingui
tur: stridor ob vermē qui nō morit. Plane
fletus ex dolore: stridor dentiū ex furore.
Fletum nempe tormētor⁹ imanitas: strido
rem dentium vehementia ipsa tabescentis
inuidie ⁊ obstinata malignitas extorquebit. Jta ergo retributionē peccator⁹ videb
ne videlicet ignarus tanti periculi ingra
tus aliquando liberator⁹ posse fieri videa
ris. Non solum autē: sed ⁊ securitas perfe
cta iustorū erit visa retributio peccatorū:
quo videlicet nec humanam aliqñ nec via

bolicam vltra vereri malitiam possint qui nimiꝝ cadẽtibus a latere suo mille: ⁊ decẽ milib⁹ a dextris suis nõ modo cadere eos viderint: sed cadere in gehẽnã. Putas. n. timere adhuc nõ poterant ⁊ calidioꝛẽ cum ctis animãtibus serpentẽ habere suspectũ presertim seducte quondã in paradiso non ẽmemoꝛes mulieris? nisi cũ toto iam coꝛpe suo vltricibus tradituꝛum flãmis ⁊ interle ⁊ eum magnũ plene iam chaos firmatũ esse cõspiceret? Certũ quoꝝ hoc mihi omnin⁹ peccatoꝝ tibi cõsideratio ipa prestabit: vt ex cõparatiõe deformitatis eoꝝ eminenti⁹ gloꝛiosius ꝝ resplendeas. Sic nimiruꝝ sibi inuicẽ collata cõtraria? sue quidem vtrũq; videt suscepisse argumentũ aliquod quali tatis: vt album nigro si cõferas ⁊ hoc cãdi dius: ⁊ illud cetrius apparebit. Sed audi certius super hoc testimoniũ ꝓpheticũ ser mone: Letabit ait iustus cũ viderit vindictã. Ut quid ita? Lauabit suas lauãbit in sanguine peccatoꝛis. Plane non inquinabit in sanguine ꝫ lauabit? vt vnde ille cruentus magis inde ipe nitidioꝛ videat: vnde ille plus soꝛdet: inde ipe pulchꝛius elucescat. Nulla forte ex his tribus causis humanus refugere vel nõ inueniat affectus sed nõ ꝓpter aliquid hoꝝ sapientia in eoꝝ ridebit interitu: qõ tamẽ sine aliqua dubitatiõe factura ẽ. Nempe ipa ꝓdicit q̃ mentiri oino nõ potest: quia vocauit ⁊ renuistis extendi manũ meã: ⁊ nõ fuit qui aspiceret Et post pauca: Ego quoq; in interitu vꝛõ ridebo? ⁊ subsãnabo cuꝫ vobis qõ timeba tis aduenerit: cũ irruerit repẽtina colamitas ⁊ interitus quasi tempestas ingruerit. Quid ergo in insipientiũ interitu sapiẽtie credimus placiturum? nisi iustissimã suam dispositionẽ ⁊ irreprehensibilẽ ordinẽ reꝝ Sane qõ sapientie tũc placebit: sapientib⁹ quoq; necesse est placeat vniuersis. Nõ tibi ergo durum videatur forte qõ dicit? oculis tuis considerabis: quando ⁊ ridebis in eoꝝ interitu? non q̃ velut quadã ĩmanitate crudelitatis in ipa tibi vltiõe cõplaceat: sed q̃ modus ille pulcherrimus diuine ordinatiõis vltra q̃z credi possit: iusticie ze latoꝛem ⁊ amatoꝛẽ equitatis oblectet. Vbi optime omnia constituta ⁊ suum cuiq; cessisse plenius ⁊ perfectius illustrante veritate cognoscet? quomodo nõ omnia cõsiderare ⁊ in omnibus omnũ meditatoꝛe magnificare libebit? Pulchꝛe omnino petr⁹ apls filiũ pditionis in locũ suum abiisse testatus ẽ: q̃ in aere crepuerit medius aerea rũ collega potestatum: vt quem veri dei et veri pariter hominis qui de celo venisset opatur⁹ salutẽ in medio terre hui⁹ inq; ꝓditoꝛe nec celuꝫ reciperet nec terra sustinẽret. Itaq; oculis tuis considerabis: ⁊ retributione peccatoꝝ videbis. Primo quidẽ ob tuã euasionẽ? secũdo ob omnimoda securitatẽ: tertio quoq; ob comparationem: quarto ob ipsius iusticie perfectã emulationẽ. Erit enĩ tũc nõ misericoꝛdie ꝫ iudicij tempus? nec vlla oino credenda ẽ: erga impios futura illic miseratio: vbi nulla est speranda coꝛrectio. Procul erit humane infirmitatis ista mollicies? qua tamẽ interiz charitas ꝓpe vtiq; ad salutem amplissimo quodã velut expanse sagene sinu ⁊ bonos ⁊ malos colligẽs pisces: idest affectus locũ dos pariter ⁊ molestos. Nec hec quidem in mari. Naz in littoꝛe solos eliget bonos? sic videlicet gaudens cum gaudentib⁹: vt ex hoc iam cũ flẽtibus flere nõ possit. Alioquin quomodo in nobis iudicabit hic mũdus? nisi huius tenere affectiõis obliti introducti fuerimus in cellã vinariã? in euꝝ qui dixit: Introibo in potẽtias dñi: dominue memoꝛabor iusticie tue solius? Ne modo quidem pmittimur cõsiderare psonaz pauperis: aut misereri ei in iudicio: sed cũ molestia ꝫ cohercendus huiusmodi pietatis affectus ⁊ equitatis ẽ dictanda sententia. Quanto magis vbi nulla animi colluctatio vbi nulla poterit subitrare molestia oportet impleri qõ dictũ ẽ: Absoꝛpti sũt iũcti petre iudices eoꝝ Absoꝛpti plane ĩ affectũ iusticie ⁊ petre soliditatẽ: cui iũcti sunt imitantes. Iuncti inquit petre: quam pfecto solã vt sequerent: cetera omnia relinq̃ runt. Nempe hoc ẽ q̃ interroganti petro quid nã accepturi essent: petra ipa respondit: Cum sederit filius hominis ĩ sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos sup sedes duo

decim iudicantes duodecim tribus israel Hoc quoq; ppheta pnunciás ait: Dñs ad iudiciū veniet cum senioribus populi sui. Tu ne putes flexibile quippiá inueniēduz in iudicib⁹ uictis petre? Qui adheret deo aplus ait: unus spūs est: z qui petre iungit lapis vn⁹. Ad qđ sane nō imerito ppheta suspirás ait: Mihi adherere deo bonū est Ita ergo aplorū sunt iuncti petre iudices eoz. O familiaritatis gratiá! o honoris cumen! o fiducie pmuneguū! o p̄rogatiua pfecte securitatis. Quid enim tam pauendū: quid tam plenū anxietatis z vehementissi me solicitudinis excogitari potest? qz iudicandū astare illi tam terrifico tribunali z i certā adhuc sub tam districto iudice expectare sentētiā. Horrendū é aut aplis incidere in manus dei viuētis: Judicemur interim fratres: z terribilē illā expectationem studeamus pūti declinare iudicio. Nō iudicabit deus bis in idipm. Sane vt quorū dā peccata: sic z quorūdā studia bona manifesta sunt p̄cedentia ad iudiciū: vt illi qdē nō expectantes sentētiā, ppio statim pō dere criminum in tartara deijciant: isti vo e regiōe patas sibi sedes tota libtate spūs: sine vlla cūctatiōe p̄scēdāt. Felix pauptas volūtaria relinquētiū oia z sequētiū te do mine iesu. Felix plane: q tā securos imo tā glioſos faciat i illo singlari fragore elemēto: i illo tremēdo examine meritorū i illo tāto discrimine iudicioū. Jā vo audiam⁹ qd ad tātas pmissiōes deuota z fidelis re spōdet alia: ne forte aut diffidere: aut secus qz oporteat fidere videat. Mñ tu es inqt dñe spes mea. Quid tā sobrie? qd tam pie poterat dici? Sz nec aliud huic vbo videt posse occurrere: nisi qz qđ segt altissimū posuisti refugiū tuū. Ceterū ignoscite nob fratres: hodie quoq; pmisse etiā terminos brevitatis paulomin⁹ excessisse videmur.

De nono versu: Mñ tu es dñe spes mea. Sermo nonus.

viiij

Tiaz hodie fratres aliqd audiamus de pmissōe patris: de expectatiōe filioz: de fine huius nostre pegrinatiōis: de mercede laborīs: de fructu captiuitatis. Et quidem dura omnino captiuitas non modo illa cōmunis quā ex ipa iaz conditione generis toleramus humani: sz hec quoq; qua voluntates mortificare p̄uas z pdere p̄uas in hoc mūdo aias festinātes i hos tā rigide cōpedes discipline in hunc tam grauis penitentie carcerē dedim⁹ nosmetip̄os. Mirāda seruit⁹ plane: sed si coacta sed si non spontanea videretur. Nunc vero cū volūtarie sacrificetio deo nec ingeratur vlla nisi p ipsam voluntatem violentia voluntati: pfecto aliquid est in causa. Illud puto aliqd quo manus aliquid esse nō pōt. An vero plangendū videtur quālibet magnū quālibz laboriosuz qđ p̄pter eum fiat? Et si magnitudo ipsa laboris interduz forte cōpassione extorquet: sed multo magis cause cōsideratio exigit congratulationem? Quid q bona oia non modo p̄pter eum constat fieri sed per eum? Deus enim est q operatur in nobis z velle z perficere: p bona voluntate. Ipi igit actor: ipse remunerator: opis ipse etiaz remuneratio tota: Ut summuz illud bonū cuius nimirū tam pfecta est simplicitas in seipso duplex quodāmō in nobis videat causa bonoruz z effectiua scilicet z finalis. Bene igitur dilect ssimi: q in his oibus tam multis laborib⁹ i vestris nō modo sub sistitis sed etiā supatis p̄pter euz qui dilexit vos. An vero non p eum? Et manifeste Sicut eni abundant p̄ passiones tribulatiōes nostre aut aplis: ita abundant cōsolationes nostre p christū. Usitatus sermo cōis sermo p̄pter deum: sed plane vbi non vacue dicitur pfundissimus sermo. Crebro sonat in ore hominū: etiā a quoz corde longe eē probatur. Omnes sibi p̄pter deum p̄stari postulant: propter deū flagitant subueniri Facile quoq; ea ipsa petuntur propter deū que tū non sunt fm deuz: z id sibi fieri qđ obsecrat p̄pter deū qđ nō desiderat p̄pter deum: magis aūt forte p̄ra deum. Ceterū vnus plane z efficax sermo: vbi nō pfunctorie nō vsurpatorie non velut quodā loquendi vsu vel arte pſuadendi sed ex pinguedine vt dignū est deuotionis et animi

pura intentione ꝓcedit. Nempe ⁊ mundus tranſit ⁊ cōcupiſcentia eius: nec ſatis vtiliter poſita aut ſtabilita firmiter vel cadente eo que ꝓ eo facta ſunt videbūtur. Vbi enim cauſa ipſa deficiet? quō non oīa quoq; que ei videbant̄ innixa pariter euacuabuntur? Propterea denicq; ⁊ q̄ in carne ſeminat: ſolā metere hñt e carne corruptionē: quo videlicet oīs caro fenū: ⁊ glia ei⁹ tanq̄ flos feni: ⁊ vbi fenū aruerit florez q̄z nihilomin⁹ cadē fit neceſſe Sol⁹ q̄ cā ē ideficiēs: nec flos feni: ſz vbuz dñi manet i eternū. Denicq; celū ingt ⁊ terra trāſibūt: vba aūt mea ñ trāſibūt. Prudēter itaq; dilectiſſimi ⁊ vtilit̄ elegiſtis ꝑpt vba labioꝝ eius cuſtodire vias duras: illic ſeminātes vbi ne minima q̄dē vīi portio ſemis valeat depire. Sane q̄ pce ſeminat: nō q̄dē nō metet ſz pce metet. Nēpe q̄ metit mercedē accipit: ⁊ ſcim⁹ q̄s ꝑmiſit ne eū q̄dez q̄ꝑ noīe ſuo calicē aq̄ frigide dederit ſitienti mercede ꝑpria charituꝝ. Nūqd tū ñ i q̄ mēſura mēſus fuerit ſibi q̄z remetiet? aut i retributiōe eōbit ei q nō aquā porrigēs: ſz ſanguiné fundēs ꝑpinatū ſibi biberit calicē ſalutaris? Nō ē hic calix aq̄ frigide: ſz calix inbriās q̄z ꝓclarus: calix vini meri: ⁊ q̄dē plenus mixto. Sol⁹ enī mez habuit vinū dñs me⁹ ieſus q ſolus pfecte mūdus: ⁊ ſemperetiā pōt facē mūdū de imūdo ꝛceptū ſemine. Sol⁹ plane mez habuit vinū? q nimirū ⁊ ſm diuinitatē ſapiētia ē vbiq; attingēs ꝓpter mūdiciā ſuā: ⁊ nihil inq̄natū icurrit i eā: ⁊ ſm humanitatē pctiñ nō fecit: nec iuētus ē dol⁹ i ore ei⁹? ſol⁹ nō debito cōditiōis guſtauit morte ſz ſue bñplacito volūtatis: ſane nō ob ꝑpriā vtilitatē: bonoꝝ enī nr̄oꝝ nō eget: ſz nec tanq̄ retribuēs nob gr̄az ꝑ gr̄a q nō alit̄ ꝑ amicis mortu⁹ ē nifi ꝑ acq̄rēdis: videlicet vt amicos faceret ex inimicis. Cū enī adhuc inimici eſſem⁹: reconciliati ſum⁹ deo: ꝑ ſanguinez filij ſui. Aut poti⁹ ꝑ iā amicis: ⁊ ſi nodū q̄dē amātib⁹: ſed tñ iā amatis. In hoc enī ē gr̄a nō q̄ſi nos dilexerim⁹ deū: ſz q: ipe ꝓior dilexit nos. Vis noſſe q̄z lōge poſ? Būdict⁹ deus ⁊ pī dñi nr̄i ieſu xp̄i ait apl's? q būdixit nos i oī bñdictiōe ſpūali i celeſtib⁹ i xp̄o ieſu: q elegit nos i ipo añ mūdi ꝓſtitutionē: ⁊ poſt gratificauit nos ingt i dilecto filio ſuo. Quō g̃ nō dilecti iā tūc i illo? q̄n electi i illo. Quō nō ei gratiſ? i quo gratificati ſumus? Sic g̃ xp̄s ſm tp̄s q̄dē ꝑ ipius mortu⁹ ē: hz ꝑdeſtinationē aūt ꝑ frib⁹ ⁊ amicis. In his g̃ oīb⁹ mez ē vinū ipſius eq̄dē ⁊ ſoli⁹: vt ne q̄ſpiā ceteroꝝ ꝓſumē audeat nō eē: q̄ fibi ꝓphetic̄ illud apteſ: vinū tuū mixtū aq̄a. Pri mū q̄ nemo interim mūdus a ſordē? nemo gliari poſſit oīno caſtum ſe hīe cor: deinde q̄ mortis debitū ſoluāt: q̄ñq; neceſſe ē qui ponētes ꝑ xp̄o aīas: hoc ſibi cōpēdio vitaq; mercant eternā? ſz ⁊ ve eis ſi ipſius erubeſcerēt teſtimoniū: quarto q̄ ꝓrogate ſibi ⁊ gratis exhibite tāte dilectiōi ſparez nimis exiguāq; repēdāt. Attñ ne ꝟ mixtuz q̄ fine mixtura ē dedignaſ: adeo vt apl's fiduciaſiter dicat ipſe ſe q̄ deſūt paſſionū xp̄i i corpore ſuo. Sit g̃ iz electis pariter oīb⁹ vnus idēq; denari⁹ vite reddēd⁹ eterne? ⁊ in ipa tñ ſicut differt ſtella a ſtella in claritate: et alia claritas ſol': alia claritas lune: alia claritas ſtellaꝝ: ſic erit ⁊ reſurrectio mortuorū. Et q̄ſus dom⁹ vna: diuerſe tñ in ea ſūt māſiones? vt videlicet quantū quidem ad eternitatē ⁊ ſufficientiā: ⁊ qui parū nō minoreſ: ⁊ qui multū nō abundet: quantū ad eminentiā vō ⁊ diſcretionē meritoꝝ vnuſquiſq; accipiat ſm ſuū laborem: ne quid oī no pereat quod i chriſto ſit ſeminati. Nec aūt dicta ſint frēs: vt tā ſpūalis reſpōſi q̄ hodie nobis conſiderandū eſt gr̄a cōmendetur. Q̄m tu es dñe ſpes mea. Quicquid agendum ſit: quicquid declinādū? quicqd tolerandū: quicquid optandum: tu es domine ſpes mea. Nec vna mihi omniū promiſſionum cauſa: hic tota ratio mee expectationis. Pretendat alter meritum? ſuſtinere ſe iactet pondus diei ⁊ eſtus: ieiunare bis in ſabbato dicat? poſtremo nō eſſe ſicut ceteros hominū glorieſ: mihi aūt adherē deo bonū eſt: ponere in dño deo ſpem meā Sperēt in alijs alij forte? hic in ſciētia lr̄az: hic in aſtutia ſeculi: ille in alia qualibet vanitate confidat: ꝓpter te omnia detrimētum feci vt ſtercora arbitror: quoniā tu es dñe ſpes mea. Speret qui vult in incerto

diuitiarum: ego vero ne ipsa quidem nisi abs te victui necessaria spero nūrū fidēs in verbo tuo in quo abieci omnia. Queri te p̄mū regnū dei ⁊ iustitiā ei⁹: ⁊ hec oīa adijcientur vobis. Nempe tibi derelictus est paup: orfano tu eris adiutor. Si mihi p̄ mia p te obtinēda p̄mittūt spabo Si insur gant aduersum me p̄elia: si seuiat mūdus si fremat malignus: si ipsa caro aduersum spiritū ꝯcupiscat: in te ego sperabo. Frēs hoc sapere ex fide viuere est nec alius ex sentētia dicere pōt qm̄ tu es dn̄e spes mea nisi cui intus sit p̄sūm a spiritu vt quē admodū monet ꝓpheta iactet cogitatū suū in dn̄o: sciens q̄ enutriēdus ab eo sit iuxta illud quoq̄ petri apli: omnē solicitu dinem vestrā p̄icientes in eum: ipsi enim cura est de vobis. Ut quid enim si hec sapi m⁹? Ut qd cūctamur abijcere oīno spes mi seras vanas inutiles seductoras: et huic vni tam solide tam pfecte tam beate spei tota deuotione animi toto feruore spirit⁹ inherere? Si quid illi ipossibile si quid vel difficile est: quere aliud i quo speres. Sed verbo omnia potest. Quid facilius dictu? Attū ne huiusmodi dictū intelligas volo. Si decreuerit saluare nos: cōtinuo libera bimur. Si viuificare placuerit: vita in vo luntate eius est. Si p̄mia eterna largiri: li cet ei qd vult facere. An vero de facilita te non dubitas: sed ipsa tibi est suspecta vo luntas? Plane ⁊ volūtatis testimonia cre dibilia facta sunt nimis. Allatorem hac di lectione nemo habet: q̄z vt aiam suam po uat quis ꝑamicis suis. Deniq̄ quando in se sepranti defit illa maiestas: que tam stu diose monet in se sperari? Plane nō dere linquit sperantes in se. Adiuuabit eos ait ⁊ liberabit eos: ⁊ saluabit eos ⁊ eruet a pec catoribus. Quare? Quibus meritis? Audi qd sequitur: Quia speruerunt in eo. Dulcis causa: attū efficax: attū irrefraga bilis. Nimirum hec est iustitia: sed que ex fide est non ex lege. De quacunq̄ ingt tri bulatione clamauerit ad me exaudiā eos Ecce numera tribulationes: sm̄ multitudi nez earum cōsolationes eius letificabunt animā tuam: dūmō non ad alia q̄rtaris: dūmodo clames ad eū dūmodo in eū spe res: nec humile aliqd vel terrenum: sed al tissimū ponas refugiū tuū. Quis sperauit in eo: ⁊ confusus est? Facilius est celū ⁊ terrā transire: q̄z verbum eius euacuari. Altissi mū ingt posuisti refugiū tuū. Nō accedet illuc tētator: nō calūniator ascēdet: nō pessi mus ille fratrum accusator attinget. Nem pe ei dicit: hic recolite psalmi p̄mordia ei dicit qui in ꝓtectione altissimi cōmoratur illuc refugies a pusillanimitate spiritus et tempestate. Que quidem duplex ē: necessi tas fugiendi q̄ videlicet ⁊ foris pugne ⁊ in tus timores. Minus enim fugere oporte ret si vel interior magnanimitas exterio res tumultus viriliter sustineret: vel exte riori trāquillitate pusillanimitas ꝓpria fo ueretur. Altissimum ait posuisti refugium tuum. Sepe illuc fugiamus fratres: muni tus est loc⁹: nullus ibi timet hostis. Utinā magis semp ibi manere liceret: sed nō est h̄ tpis huius. Qō mō refugiū est: qm̄q̄ habi taculū erit: ⁊ habitaculū sempiternū. Inte rim sane etsi p̄sistere nō cōcedit: frequēter tn̄ est recurrendū. Nempe ad omnē tentationē: ad oēm tribulationē: ad oēm deniq̄ cuiuscūq̄ modi necessitatē aperta ē nobis vbs ꝓfugij: sinus matris expansus est: pa rata sunt foramina petre: patent viscera mi sericordie dei nostri. Hoc refugiū q̄ declinat: nihil mir si effugere nō meret. Jā qdē frēs que dicta sunt ad expositionē versus huius vident posse sufficere: si dixisset ꝓ pheta: qm̄ in te dn̄e speraui: sicut i psalmis quibusdā alijs iuenit. Ceterū qō dicit Tu es dn̄e spes mea: forte amplius aliquid et sublimius sonat: q̄ videlicet non mō in eū speret: sed eū. Conuenientius siquidē spes nostra dicit quod speram⁹: q̄z in quo spera mus. Sunt autē forte nōnulli qui a dn̄o ob tinere corporalia seu spūalia quelibet cōcu piscunt: sed pfecta charitas solū sitit quod sūmū est tota desiderij vehemētia clamās: Quid enī mihi est i celo? ⁊ a te quid voluī sup terram? Deus cordis mei: ⁊ pars mea deus in eternū. Pulchre nobis vtrūq̄ pau cis hodie verbis Hieremie ꝓphete lectio cōmēdauit. Bonus es dn̄e sperātibus in

te: anime querenti te. Ubi sane ꝛ ipam̃ numeri discretionē prudenter aduerte: ꝙ sperantes qdē in eo pluraliter dixerit ꝙ hoc videat cōmune multoꝝ: queretē vo eū singulariter: ꝙ singularis sit puritatis: singularis gre: singularis perfectiōis: nō mō nil sperare nisi ab eo: sed nil querere nisi eum. Q. si bonus illis quāto magis isti? ℳerito, pinde queretī illū aīe respondet: Altissimū posuisti refugiū tuū. ℕecꝙ enim sic deum sitiēs aīa: aut cū petro ei i terreno mō te facere tabernaculū: aut cum maria deinceps eū tangere vult in terra: sed plane clamat. Fuge dilecte mi: assimilare capree hi nuloꝙ ceruoꝝ sup mōtes bethel. Audiuit enim dicētē: Si diligeritis me gauderitis vtiqꝫ: qꝫ vado ad patrē: qꝫ pater maior me ē. Audiuit enim dicētē: Noli me tangere: nōdū enim ascendi ad patrē meū. Et celestis iā nō ignara ꝟ filij clamat cū apl'o: Et si cognouimus ſm carnē xp̃m: sed nūc iam nō nouimus. Sup mōtes inquit bethel supra omnē videlicet pncipatū ꝛ potestatem sup angelos ꝛ archangelos: sup cherubin quoqꝫ ꝛ seraphin: neqꝫ enim alij sunt montes domus dei qđ sonat bethel: plane i dextera patris: vbi iā nō sit p̃ maior eo in dextera altissimi: coaltissimū appetēdere concupiscēs. ℕec enim ē vita eterna fratres: vt patrē cognoscamus vez deū: sed ꝛ quē misit iesum xp̃m vez nihilominus ꝛ vnuꝫ cū eo deū sup oia bñdictū in secula. Amē.

¶De versu decimo: ℳō accedet ad te malum. Sermo decimus.

lix

Nec nostra est

nec noua vobis: sed nota omnino sententia in pcipuis quibuscū qꝫ ptibus fidei nostre: qđ nō sit qꝫ quid sit: ꝛ sciri posse facilius et periculosius ignorari. Jdē sane etiā spei non incōuenienter tribui posse videt. Loge enī facilius mens humana tātoꝝ expta malorū: quibus sit caritura qꝫ quibus pfruitura cōprehēdit. ℳepe germana fidei speiqꝫ cognatio ē: vt qđ illa futurū credit: hoc sibi incipiat sperare futurū. ℳerito pinde apl's fidē sperādaꝝ rerū substātiā eē diffinit: ꝙ videlicet ꝛ nō credita nemo sperare nō plus qꝫ sup inane pingere possit. Dicit ergo fides. Parata sūt magna ꝛ inexcogitabilia bona a deo fidelib⁹ suis. Dicit spes ℳihi illa seruanē. ℳā tertia qdem charitas curro mihi aut ad illa. Ceterū vt iā memini difficile oīno: aut etiā ipossibile ē illorū qualitatē vestigare bonoꝝ? nisi cui forte iuxta illud apl'i: Que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit: que pparauit deus diligentibus se: reuelauit ipe p spm̃ suū. Sane quātūlibet perfectus in carne adhuc mortali degēs: nisi ei eēt hic quedā vt ita dixerim ipfecta perfectio: nō diceret apl's: Quotquot pfecti sumus id ipm̃ sentiamus: idipꝫ pfecto qđ p miserat nō quasi iā acceperim: aut iam pfectus sim etiā paulus ipe necesse est fateat: qꝫ nūc cognosco exparte: ꝛ ité videmus: nūc p speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. Qđ ergo hoī interim noscit capabili⁹ pia sane ꝛ puida inculcatiōe amplī⁹ cōmendat. ℙropriū enim afflictoꝝ ē vt molestijs eximi summā reputēt felicitatem: ꝛ carere miseria pfectā beatitudinē arbitrent. Unde ꝛ ppheta in psalmo: Cōuertere ingt aīa mea in requiē tuaz: qꝫ dñs benefecit tibi: nec vlla tī collata munera felicitatis enumerat: sed aduīgit: Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Jn qbus sane verbis patēter indicat: quātā sibi requiē: quanta qꝫ dñi bñficia iudicet a tribulationib⁹ ꝛ piculis liberari. Cui pfectosnīe illud quoqꝫ de psalmo nonagesimo qđ hodie tractandū ē nobis sile iuenitur: ℳō accedet ad te malū: ꝛ flagellū nō appropinqbit tabernaculo tuo. Est aūt versus isti⁹ quantū nos capimus facilis itelligētia: ad quā forte ex vob iā alig puolarint. ℳecꝙ enī tā rudes estis: aut spūalis studij tā exptes: vt nō facilime inter vos ꝛ tabernacula vīa: ꝛ rursū inter id qđ malū ꝛ qđ flagellū dicīt discernatis. ℳā ꝛ apl'm sane audistis dicētē: Cū iā bonū certamē certasset: velocē forte depositionē tabernaculi sui. Sed qd ego apl'i verba memoro? Quasi vo ignorare possit miles tabernaculū suum: aut exēplo docēdus sit

alieno. Videm⁹ sane nonnullos tabernacula sua i turpitudine captiuitatis domicilia cōmutasse: nec militare in his: sed miserā gerere seruitutez. Immo vo qd oīno ridiculū ē sic errāt aliq: z in tātā oblitionem z spūalē frenesim deuenerūt: vt nihil sese aliud putare q̄z suuz hoc exterius tabernaculū videant. Quid enim aliud q̄z nō modo dei: sed z sui ignorātiā hūt q tanq̄z mortui a corde omnē infinuūtoperā circa carnez? sic intēdētes tabernaculo suo: ac si nunq̄z putēt eē casūz? Verūtñ cadat ē necesse: atq̄ id qdē in breui. An nō seipos nescire vident? q sic dediti sūt carni z sanguini: ac si oīno nihil aliud q̄z carnē solā eē se reputēt sic in vano accipietes aias suas tanq̄z prius ignorēt aias se habere? Si separaueris pciosum a vili ait dñs tanq̄z os meuz eris: hoc ē si solerter discreueris inter exterioē interioēq̄z substantiā: vt nō plus taberna culo tuo timeas a flagello q̄z tibipsi a malo Hoc enim malū est: vnde dicit: Declina a malo z fac bonū. Hoc malū qd sua quidē vita aiaz p̄uat: qd sepat iter te z deū? vt eo regnante tanq̄z corpus sine aīa: sic sit aia sine deo: plane mortua i semetipa instar vnius eoz quos tanq̄z sine deo i hoc seculo fuisse apls memorat: Nec sane dixerim vt vl ipam odio habeas carnē tuā. Dilige eam tanq̄z tibi datā in adiutoriū: z ad eterne beatitudinis gloriū pparatā. Cetez sic amet aīa carnē: vt nō ipa in carnē trāsisse putet? dicaq̄z a dño nō pmanebit spūs meus in hoīe: q: caro est. Diligat aia carnē suā: sed multo magis suā ipsius animā fuet. Amet adā euā suam: sed nō sic amet: vt voci eius plus obediat q̄z diuine. Deniq̄z ne ipi qdē expedit sic amari: vt videlicet cui interim caues a flagello paterne correctionis thesaurizes irā eterne dānatiōis. Genimina viperaz ait Iohānes? quis demōstrauit vos fugere a vētura ira. Facite dignos fructus penitētie. Ac si euidentius loqueref. Ap̄p̄hēdite disciplinā ne qñ irascatur dñs sustinete virgā corripientē ne sentiatis malleū cōterentez. Quō dicūt nobis carnales hoīes: crudelis est vita vestra: nō parcitis carni vestre. Esto non parcimus semuni in quo ei magis pcere poteram⁹. An nō melius ē illi renouari z multiplicari in agro q̄z in horreo putrefieri. Deu cōputruerūt tumenta in stercore suo. Sic vos parcitis carni vestre? Simus nos crudeles interiz nō pcēdorat vos plane parcēdo crudeliores. Sigdē etiā nūc caro vestra requiescit i spe videritis ipi qd ignominie interim vestra sustineat quid miserie eā maneat in futuz. Nō accedet ad te malū: z flagellum nō approp̄quabit tabernaculo tuo. Nic duplex stola z gemina quedā imortalitas cōmēdatur. Unde enim nisi ex sepatione aīe z corporis mors pcedit? Inde ē qd mortuū corpus ex aīe nominat. Unde autē separatio hec nisi ex flagellis pūtibus: ex q̄bz doloris vehemētia? ex ipsius corpis corruptibilitate: ex pena peccati? Merito proinde timet z odit flagellū caro nra: quo nimiruz ab ipsius aīe tam delectabili honorabiliq̄z cōsortio amaz nimis diuortiū patiat. Cetez interim qdē donec reuocet velit: nolit: sustineat illud necesse ē. Expedit aūt sic tolerare: vt prorsus euadas z flagellum deinceps non approp̄inquet tabernaculo tuo. Iā vo vt supra meminimus et incessanter q̄uenit meminisse vera aīe vita de⁹ ē: z int hec quoq̄z sepat malū: sed maluz aīe qd nō ē aliud q̄z peccatū. Eia frēs nugari libeat: ociositatibus indulgere delectet. Numirū gemino hoc serpēte vicino q duplicez nob auferat vitaz alt corpis: alt cordis? qd ni secure dormiam⁹? nisi q negligētia in gulosi piculo nō tā securitatis ē q̄z despationis iudiciū? Et qdē optandum nobis ab vtroq̄z liberari sed cauendū sane interim peccatū magis q̄z pena peti? z eo studiosius a malo q̄z a flgello deciuandū: quo pnitiosius et oīno infelicius sit a deo aiam q̄z a corpore separi. Sane vbi prorsus de medio factum fuerit omne peccatū causa quidē oīo sublata ne ipse quoq̄z deinceps manebit effectus? vt quō accedere iam ad te malum oī no non poterit sic nec flagellū qdez valeat ꝓpinquare tabernaculo tuo: q̄ videlicet tam longe sit ab exteriori homine quelibet pena q̄z longe fuerit culpa ab iteriori. Neq̄z enī ait: nō erit in te malū aut flgellū i ta

illis in vltione: ⁊ preuaricatorē hincinde cedentib⁹ presentesq; molestias futuri cumulantib⁹ cōminatione supplicij: ille secederēt in cor patris redeuntes ad dñm qui dedit illas. Solus siquidē ipse cogitabat cogitationes pacis: cui afflictionis oia plena videbant. Siquidē nō cessabat pax: nō ei miseri cordia dabat silentiū: sed pio quodā sulurio paterna pullsantes viscera loquebatur. Nūquid in eternū proijciet deus? aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Nūqd obliuiscet misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Et quāuis diu multūq; visus sit dissimulare pater miserationū: vt interim satisfaceret zelo iustitie ⁊ veritatis nō tñ infructuosa fuit supplicantium importunitas: sed exaudita est in tpe opportuno. Forte enī interpellantib⁹ tale dicatur dedisse responsum. Usq; quo preces vestre? Debitor sum ⁊ sororibus vestris q̄s accinctas videtis ad vindictā faciendā in nationib⁹ iustitie ⁊ veritati. Uocem veniant: ⁊ sup hoc verbo pariter cōferam⁹. Festinant ergo legati celestes: ⁊ vt videre miseriam hominū ⁊ crudelem plagam vt propheta loquitur: angeli pacis amare flebant. Qui enī fidelius que ad pacē sunt querāt? q̄z angeli pacis? Sane ex deliberatione cōi ascendit veritas ad constitutā diē? ⁊ ascendit vsq; ad nubes: necdū plane lucida: sed obscura ⁊ obnubilata adhuc zelo indignationis. Factūq; est vt legimus in prophetia: dñe i celo mia tua: ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. Medius autē pater luminū residebat: ⁊ vtraq; pro parte sua quod habebat vtili⁹ loquebat. Quis putas illi colloquio meruit interesse ⁊ indicabit nobis? Quis audiuit ⁊ enarrabit? Forte inenarrabilia sunt: ⁊ non licet homini loqui. Sūma tñ controuersie totius hec fuisse videtur. Eget miseratione creatura rationalis: ait misericordia quoniā misera facta est ⁊ miserabil⁹ valde. Uenit temp⁹ miserendi eius: q; tam ꝑterit temp⁹. Ecōtra veritas oportet inqt impleri sermonē quē locut⁹ es dñe: totus moriatur adam necesse est cum omnib⁹ qui in eo erant: qua die veritum pomum in prevaricatione gustauit. Ut quid ergo ait misericordia vt qd me genuisti pater? citius periturā? Scit enī veritas ipsa quoniam misericordia tua perijt: ⁊ nulla est si non aliqñ misereris. Similiter autem ⁊ illa econtrario loquebatur. Quis enim nesciat q; si predictam sibi prevaricator sententiaz mortis euaserit: perijt nec permanebit iam in eternum veritas tua dñe? Ecce vo vn⁹ de cherubin ad regem salomonē suggerit eē mittendas: q̄n filio inquit datum est omne iudicium. Et in eius ergo conspectu misericordia ⁊ veritas obtulerunt sibi eadem q̄ supra meminim⁹ verba querimonie repetentes. Fateor ait veritas zelum bonū habet misericordia: sed vtinam sm scientiam. Nunc aūt quid prevaricator? potius q̄z sororī iudicat esse parcendum? At tu inquit misericordia neutri parcis? sed tanta indignatione sevis in prevaricatorem: vt inuolutas pariter ⁊ sororem. Quid male meruit? Si quid habes aduersum me dicito mihi. Sinautē? quid me ꝑsequeris? Grandis cō troversia fratres: ⁊ intricata nimiū disceptatio. Quis non illic diceret? bonum nobis erat si natus nō fuisset homo iste? Sic erat dilectissimi omnino sic erat: non videbatur quomodo misericordia simul ⁊ veritas posient conseruari. Cuncq; adijceret veritas in ipsum quoq; iudicē partis sue merita retorquere dices cauendum omnino ne fieret irritum verbuz patris? ne sermo viuus ⁊ efficax qualibet occasione euacuaretur: parcite queso ait pax parcite verbis huiusmodi? nō vos talis altercatio decet: virtutum est inhonesta contentio. Porro iudex inclinans se digito scribebat in terra. Erant aūt verba scripture que pax ipsa legit in auribus oiuz: ea siquidē ꝑpri⁹ residebat. Nec dicit perij si adā nō moriat: ⁊ hec diē perij nisi miaz ꝑseq̄r. Fiat mors bona ⁊ bz vtraq; qōpetit. Obstupuē oēs i vbo sapiētie: ⁊ forma cōpōnis parit atq; iudicij. Sigdē manifestū fuit: nulla eis q̄rimonie occasionē relig: sigdē fieri posz qō vtraq; petebat: vt ⁊ mor: eē ⁊ ꝑseq̄rē miam. Sz id quō fiet inqūt? Mors crudelissima ⁊ amarissima: mors tribil⁹ ipo horēda auditu? bona fieri q̄nā potit rone. At ille mors igt

peccatorum pessima: sed preciosa potest fieri mors sanctor. An nõ erit preciosa? si fuerit vite ianua porta glie? Preciosa inquit Sed quomodo fiet istud. Fieri ait potest si ex charitate moriatur quis: vtiq; qui nihil debeat morti. Neq; enim detinere poterit mors innoxium? sed forabitur vt scriptum est maxilla leuiathan: & destruet paries medius: soluetur q; chaos magnum quod inter mortem vitãq; firmatum est. Nimiruq; charitas fortis vt mors: imo & fortior morte? si fortis illius intrauerit atrium alligabit eum & diripiet vtiq; vasa eius: sed ipso transitu suo ponet pfundũ maris viam vt transeant liberati. Bonus visus est sermo vtpote fidelis & dignus omni acceptione. Sed vbi ille poterit innocẽs inueniri? qui mori velit non ex debito: non ex malo merito: sed ex beneplacito suo? Circuit veritas orbem terre? & nemo mundus a sorde: nec infans cuius est vita vnius diei super terra. Sed & mia celũ omne plustrat: & in angelis quoq; ne dixerim prauitatẽ minorem inuenit charitate. Nimirũ alij hec victoria debebat: quo maiorẽ nemo charitatem haberet: vt animã suã poneret pro seruis inutilib⁹ & indignis. Nã etsi ipse iã nõ dicit nos seruos: hoc pm̃ imense dilectois est & eximie dignationis. Nos aũt etsi oĩa que precepta sunt nobis facerem⁹: quid aliud dicere deberemus? nisi q; inutiles serui sumus? Sed quis eũ sup hoc q̃uenire psumeret? Redeunt ad constitutã die veritas et mia: anxie plurimũ nõ inuẽto quod desiderabãt. Tum vo seorsuz pax ꝓsolans eas? vos inquit nescitis quicquã nec cogitatis: non est qui faciet bonũ: hoc nõ est vsq; ad vnũ. Qui consiliũ dedit: ferat auxiliũ. Intellexit rex quid loqueretur: & ait: Penitet me fecisse hominẽ. Pena inquit me tenet? mihi incumbit sustinere penã: penitentiaq; agere pro hoĩe qué creaui. Tũc ergo dixit Ecce vento. Nõ enĩ potest hic calix trãsire nisi bibã illuz. Et accersito ptin⁹ gabriele? vade inqt dic filie syon: ecce rex tuus. Festinauit ille? ait: Adorna thalamũ tuũ syõ & suscipe regẽ. Porro venturũ regẽ mia et veritas preuenerũt: sicut scriptũ est Misericordia & veritas precedent faciem tuam. Justitia thronum preparabat sm illud Justitia & iudicium preparatio sedis tue. Pax cum rege venit vt propheta fidelis inueniretur: qui dixerat: Pax erit in terra nostra cum venerit. Inde é q; nato dño angelorũ chorus canebat Pax in terra hominib⁹ bone volũtatis. Sed & tũc iustitia & pax oscula te sunt: que non modicũ videbant hactenus dissidere. Prior enim siqua erat ex lege iustitia: nõ osculum: sed aculeum magis habebat vrgens timore q; prouocans dilectione. Sed nec habuit illa reconciliationem: sicut habet nunc que ex fide nosc̃itur esse iustitia. Alioquin qd erat q; nec abraã nec moyses: nec ceteri iusti temporis illius in obitu suo pacem illam beatitudinis eterne apprehendere: aut regnum pacis poterant introire? nisi q; minime adhuc iustitia & pax sese fuerant osculate? Ex hoc sane dilectissimi feruentiore nobis zelo sectãda iustitia est. Siquidem iustitia & pax osculate sunt: & indissolubile amicitiarum iniere fedus? vt quicunq; testimonũ iustitie secum tulerit: hilari vultu iam & amplexib⁹ letis excipiatur a pace: in idipsum dormiens et requiescens.

¶ Item vnde supra Sermo tertius.

Considerare est fratres in solẽnitate hodierna dominice annũciatiõis: velut amenissimam quandaz planiciem: simplicem nostre reparationis historiam. Annungitur noua legatio angelo gabrieli? & nouam virgo professa virtutem noue salutationis honorat obsequio: antiqua excluditur maledictio mulierum: nouam noua mater accipit benedictionez. Impletur per gratiam que concupiscentiam nescit: vt spiritu superueniente altissimo pariat filium: que virum dedignat admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotũ: q̃ venenũ serpẽtis ingredicẽ. vniuersitatẽ generi occuparat bũani. Innũeros hmõi flores ex his facile ẽ legẽ pratis: sed intueor mediã metuẽde pfũditatis abyssũ. Abyssus plane imperscrutabil' in-

carnationis dominice sacramētū: abyssus impenetrabilis: verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis? Quis enim inuestiget? quis attingat: quis apprehendat? Puteus altus est: ⁊ in quo hauriā nō ē mihi. Uerū tū solet interdū supposita puteis humectare linteamina vapor exalans. Propterea sa nelicet irrumpere verear? ppter ꝑscius infirmitatis? frequenter tū velut sup os huⁱ putei expando ad te dñe manus meas: pro eo q̄ aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc siquid est qđ ascendente de deo: sum nebula tenuis ebibat cogitatio? vobis frēs modicū illud sine inuidia cōicare ꝓposui: velut expresso linteamine vel exigua refundens celestis stillicidia rorис. Quero igit̄ q̄ ratione filius magis incarnatus sit q̄z pater aut spūs sanctus: cuz totius trinitatis non modo equalis sit gloria, sed vna eadēq̄z substantia. Sed qs cognouit sensum dñi? aut qs cōsiliarius eiⁱ fuit? Altissimū est mysteriū: nec nos oportet temere sup huiusmodi precipitare sententiaz. Uidet tū nec patris nec spūs incarnationem in pluralitate filiorum effugisse ꝑfusionē: dum alius deus, alius hois filius diceretur. Uidet ⁊ id maxime cōgruū, vt his spāliter fieret qui filius erat: ne quid esset ambiguitatis in nōe. Deniq̄z ipsa est vgimis nře gloria singularis, ⁊ excellens prerogatiua marie ꝙ filium vnū eundemq̄z cuz deo patre meruit habere cōem: quā sane periisse ꝓstat, si non filius incarnaret. Sed nec nobis filis alia dari possz occasio sperande hereditatis. Factus siqdē primogenitus in multis fratribus q̄ vnigenitus erat: ascisceret eos sine dubio in hereditatem, quos vocauit in adoptionē. Si enī fratres ⁊ coheredes. Hic ḡ xp̄s iesus mediator: fidelis sicut in psona vna dei hoisq̄z substantiā copulauit ineffabili sacrⁱ sic ⁊ ipsa reconciliatione cōsilio visus aptissimo, mediam nō deseruit equitatē, vtriq̄z tribuens qđ oportebat: honorē deo ⁊ homini miserationem. Nec enī optima inter offensuz dñz ⁊ reum seruū forma cōpositiōis? vt nec honorandi dñi zelo, seruⁱ oppumat austeriore sententia: nec rursum dum huic īmoderatius cōdescenditur, ille debito fraudet honore. Audi igitur ⁊ diligenter obserua angelicam huius mediatoris ortu distributionem. Gloria inquit in altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Huius deniq̄z gr̄a obseruationis fideli reconciliatori xp̄o, nec timoris spiritⁱ defuit. quo patri semp reuerentiā exhiberet? semper ei deferret: semp eius quereret gliaz: nec spiritus pietatis quo misericorditer compateretur hoibus. Unde ⁊ necessarium habuit spiritū quoq̄z scientie: per quē timoris pariter ⁊ pietatis distributio fieret inconfusa. Et nota q̄m ꝓmo illo parentuz nr̄oꝝ pctō. tres quoq̄z auctores extiterint: sed manifeste defuerint tria tribus. Dico enim euam diabolum ⁊ adam. Non habuit eua scientiā que vt ait ap̄l's seducta est in preuaricatiē e. Uerum hec qdem serpenti nō defuit q̄ callidior describit ceteris aīantibus? sz pietatem malignus nō habuit: qui homicida factus est ab initio. Adam vō pius forte videtur mulierem nō ꝓtristando: sed timorē domini dereliquit. voci illius obediens q̄z divine. Utinam magis timor dñi prevaluisz in eo, sicut de xp̄o signanter legit: q̄ repleuit eum non pietatis spiritus, sed timoris. In oibus enim ⁊ per omnia pietati proximorum timor dñi preferendus est: et solus ipse est qui totum sibi debeat hoiem vendi care. In his ergo tribus timore, pietate, scientia: mediator noster recōciliauit nos homines deo. Nam in ꝑfilio ⁊ fortitudine: de manu aduersarij liberauit. Consilio siqdez. pristino iure privauit hostem: data potestate vt manus injceret innocenti. Fortitudine prevaluit: ne violēter posset retinere redemptos dum victor ab inferis redijt ⁊ vita omnium cum eo surrexit. Exinde cibat nos pane vite ⁊ intellectus? potat aqua sapientie salutaris. Est enim intellectus rerū spiritualium ⁊ invisibiliū, verus anime panis, confirmans cor nostrū: ⁊ ad omne opus bonum roborās. in omni exercitio spirituali. Carnalis aūt homo qui non percipit ea que sunt spiritus dei sed stultitia illi videntur: gemat ⁊ lugeat dicens: Aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panem meum. Ecce enim mera ⁊ perfecta veritas est non

ꝓdesse homini si mundum vniuersum lucretur. anime vo sue detrimentum faciat. Sed quãdo id capere possit auarus? Sine causa laborat: quisquis ei persuadere conatur. Ut quid hoc? Nẽpe quia stultitia illi videt. Quid verius? q̃z iugũ xp̃i eẽ suaue? Appone homini seculariꝫ vide si non lapidem q̃z panẽ reputabit. Et certe huiusmõi intelligentia veritatis interne viuit anima: ꝫ hic cibus est spiritalis. Non enim in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Uerũtñ donec sapiat tibi veritas nõ sine difficultate ad interiora trahitur. Ubi vo in ea ceperis oblectari? iam non cibus sed potus estꝫ sine difficultate intrat ad aiam quo videlicet spũalis cib⁹ intelligentie potu sapientie digerat: ne ipsius interioris hois artubus. ideſt affectibus sic citate laborantibus oneri magis sit q̃z vtilitati. Ex omnibus ergo que saluãdis fuerãt populis necessaria: nihil penitus defuit salutari. Ipse est enim de quo ꝓcinit Isaias. Egredietꝫ virga de radice iesse: ꝫ flos de radice eius ascender. Et requiescet sup eum spũs dñi: scz sapientie ꝫ intellectus: spũs cõsilij ꝫ fortitudinis: spũs scientie ꝫ pietatis: ꝫ replebit eum spũs timoris dñi. Illud sane diligenter attende: q̃ florem hũc de radice non de virga dixerit ascensuꝫ. Etenim si noua xp̃i caro in virgine creata esset ex nihilo. qđ estimauerũt nõnulli: nõ de radice flos. sed forte de virga dici poterat ascẽdisse. Nũc aũt q̃ ꝓdijt de radice: sine dubio cõi ab origine cõem ꝓbat habuisse materiã. Nam q̃ sup eũ spũs requiuit: nihil in eo ꝓtradictõis fuisse declarat. In nobis q̃ nõ oio sup̃io: é. spũs non requiescit: carne nimiꝫ aduersus spiñ ꝫ spũ aduersus carnẽ ꝓcupiscente: a q̃ nos ꝑflictu liberet. in quo nihil filẽ fuit nouus hõ. q̃ nr̃e carnis verã susceꝑit originez. sed vet⁹ fermẽtũ ꝓcupiscẽtie ñ susceꝑit. Amẽ.

¶ Item vnde supra. Sermo quartus. lxx iiij

De gratia plena.

Non in sola virginitate cõstare poterat gratie plenitudo. Neq̃ enim est: de ea oib⁹ accipere. Felices qui non inquinauerunt vestimẽta sua: ꝫ cum regina nostra virginitatis p̃uilegio gloriant. Sed num vnã tñ bene dictionem habes dña? Et mihi obsecro vt benedicas. Perijt illa virt⁹ a me: nõ ẽ iam vel respirare ad illaz. Lõputrui in stercore meo. vt iumentũ factus sum: iumentũ fact⁹ sum. Sed nunqđ non erit mihi etiam aliqđ apud te. non erit vbi possim esse tecũ? q̃ iam sequi non valeo quocũq̃ ieris? Querit angelus puellam quã ꝑparauit dñs filio dñi sui. Bibit ipse de idria tua cognata sibi virtute delectatus. sed nũqđ nõ etiã iumentis potũ tribues? Bibit angelus q̃ viꝫ nõ cognoscis: bibãt ꝫ iumẽta. q̃ de hũilitate singulariter gliaris. Respexit inqt dñs humilitatez ancille sue. Nam virginitas sine humilitate habet fortasse gliam: sed non apud deum. Humilia semper excelsus respicit q̃ alta a longe cognoscit: ꝫ humilibus dat gratiam qui superbis resistit. Sed forte nec in his quidem metretis duobus plena ẽ idria tua? capax est ipsa tertie quoq̃ metrete: vt iam non solum angelus ꝫ iumẽta. sed ꝫ ipe quoq̃ ex ea bibat architriclinus. Hoc enim vinum bonum qđ seruauimus vsq̃ adhuc haurit minister ãgelus. vt ferat architriclino: patri dico qui trinitatis p̃ncipiũ architriclinus merito nominat. Ait siquidem angelus fecunditatem eius cõmendans: que tertia est metreta. Qđ ex te nascẽt sanctum vocabitur filius dei. Ac si dicat: Eũ eo solo tibi generatio ista cõmunis. Amen.

¶ Dñica in ramis palmaꝝ de ꝓcessione ꝫ passione ꝫ tribus generibus obsequentib⁹ Sermo p̃imus. lx v

Non sine causa

spiritum sponsi pariter et dei sui habens ecclesia: processionem: hodie noua quadã ꝫ mira conuinctione addidit passioni. Nam ꝓcessio plausum: habet passio planctũ. Quñ ergo sapiẽtibus ꝫ insipientibus debitores sumus: videam⁹ quid vtriq̃ conferat hec cõiunctio. Et p̃ius quidẽ quid secularib⁹ dicet: quñ non p̃ius quod spũale sed quod

animale. Videat secularis anima videat et intelligat: qñ extrema gaudij luct⁹ occupat. Propter hoc enim qui cetera cepit facere quoq; et docere non solum verbis predicans: sed et exemplis? quod te predixerat per prophetam: quonim omnis caro fenum: ⁊ omnis gl̄ia eius tanq; flos feni: etiã apparés in carne manifeste voluit ꝓbare ī seipso. Vñ ⁊ pcessionis gl̄ia voluit sublimari: qui paulopost sibi nouerat immere diez ignominiosissime passiõis. Quis ergo sperare iam debeat in incerto gl̄ie tpalis? cum videat in ipso quoq; qui peccatũ nõ fecit creatore tẽpoꝝ ⁊ conditore vniuersitatis post exaltatiõez tãtã tantã nihilomin⁹ hũiliatio sequi? In eadẽ enĩ ciuitate a plebe eadẽ ⁊ eodẽ tpe nũc qdẽ pcessiõis gl̄ia ⁊ diuinis ẽ laudib⁹ honorat⁹: postmodũ vo interrogatus? tumeliꝫ ⁊ to: mẽto: ⁊ cũ sceleratis reputat⁹. Hic ẽ trãsitorie letitie finis: hic fructus glorie tpal'. Propterea pudẽter orat ppha vt cãtet dño gl̄ia ei⁹: ⁊ nõ cõpũgat. i. pcessionẽ bẽat quã passio nõ sequat. Vos aũt charissimi tanq; spiritalib⁹ spiritalia cõparãtes? pcessiõe qdẽ celestis pẽie repũtamus gloriã: i passiõe mõstram⁹ viã. Mã si i pcessiõe qdẽ venit tibi in mẽte futura illa letitia ⁊ exultatio multa nimis qñ rapiem̃ i nubib⁹ obuiã christo in aera? si tota cõcupiscẽtia vidẽ desideras diẽ illã qñ suscipiet in celesti hierusalẽ christus dñs caput cũ oĩb⁹ mẽbris portãs triũphũ victorie applaudẽtib⁹ nõ iam popularib⁹ turbis: sz virtutib⁹ angelicis clamãtib⁹ vndiq; pplis vtriusq; testamẽti Benedict⁹ q venit in nõe dñi. si inquã psideraſti in pcessiõe q̃ pperãdũ sit discẽ in passiõe q̃ sit eundũ. Nec est enĩ via vite tribulatio pñs? via glorie: via ciuitatis habitaculi: via regni: fm q̃ clamat latro de cruce. Memẽto mei dñe dũ veneris in regnũ tuũ. Euntẽ in regnũ vidit: quẽ cũ puerisset sui memorẽ fore rogauit. Peruenit g̃ ⁊ ipse. Et si vis nosse q̃z compẽdiosa sit via: eadẽ die meruit cũ dño eẽ in paradiso. Tolerabilẽ pinde reddit passionis laborẽ: qñ amanti nihil difficile est. Nec mireris q̃ p̃senti processione celestem dixerim repzesentari: quando vnus ⁊ idem in vtraq; suscipitur etsi longe aliter ab alijs. In hac enim pcessione irrationabili iumẽto christus insidet: in illa vo iumentũ futurũ quidem est sed rationale: quoniam homines ⁊ iumenta saluos facies domine. Cui simile ⁊ illud Ut iumentum factus sum apud te: ⁊ ego semper tecum. Et vide si non de processiõe loquitur: cum sequitur Tenuisti manum dexteram meam? ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me. Ibi certe ne ipse quidem plus deerit? quoniam et si murmuret heretic⁹ paruulos venire nõ sinens: paruulorum baptismati detrahens qui paruulus natus est ⁊ primam elegit aciem paruulorum innocentes loquor: hodie quoq; paruulos a gratia non excludit? quia nec pietati incongruum: nec maiestati eius difficile est: vt suppleat munus gratie: quod min⁹ in eis habet natura possibile. Ibi non ramos arborum: non vilia vestimẽta popularis turba prosternet? sed demittent pennas suas animalia sancta? deponent coronas suas ante thronũ agni vigintiquattuor seniores: ⁊ virtutes omnes angelice quicquid habent glorie vel decoris: totum ascribent: totum attribuent illi. Jaz vo quoniam de iumento ⁊ vestibus ac ramis arborum mentio facta est: considerare diligentius libet triplex obsequium: quod in processione hac exhiberi video saluatori. Primum quidem a iumẽto cui insidet? secundum ab his qui vestimenta prosternunt: tertium ab his qui ramos de arboribus cedere perhibent. Nonne tamen oẽs reliqui ex eo quod abundabat sibi mittũt: ⁊ quasi sine labore obsequuntur domino? solum vo iumentum semetipsum exponit eius obsequio. Silendum mihi est vt elationem caueatis? an magis loquar vt habeatis consolationem? Jumentum cui insidet christus nõne vos estis iuxta preceptũ apostoli: glorificãtes ⁊ portantes deum in corporibus vestris? Expendunt enim seculares homines in obsequium domini: non quidem corpora: sed que adiacent ⁊ necessaria sũt corpib⁹: cũ o terrena substãtia elemosynas largiũr. Prelati q̃z ramos cedũt de arborib⁹: vbi cã cũ de fide ⁊ obedientia

abrae: de castitate ioseph: de mãsuetudine moysi ceteroꝝq̃ sc̃oꝝ virtutib⁹ euangelizant. Verumtñ ꝛ hi quod acceperunt gratis gratis nihilominus dare iubẽtur. Oẽs tñ si fideliter suo quisq̃ intentus fuerit ministerio in p̃cessiõe sunt saluatoris: ꝛ cum eo ingrediunt in sanctã ciuitatẽ: quoniã tres p̃uidit p̃opheta saluãdos. Noe cedentẽ ramos in aree fabricã: danielẽ in vili edulio ꝛ labore abstinẽtie factũ tanq̃ iumentũ saluatorẽq̃ portantẽ. tertũ quoq; iob bene dispensantẽ substantiã huius mundi: ꝛ de vellerib⁹ ouiũ suarũ pauperũ latera calefacientẽ. Cui tñ in p̃cessione illa ieiunis p̃opinquioꝛ: cui de tribus ordinib⁹ salus vicinioꝛ facile credo potestis aduertere.

¶ Vñ supꝰ de p̃cessiõe ꝛ passione ꝛ q̃ttuoꝛ ordinib⁹ p̃cessiõis Sermo secũdus

lxx vj

NEcesse est vt loquamur hodie breuius ꝓpter angustiam temporis. ¶ Multa quidẽ nobis ministrat p̃cessio quã celebraturi sumus: sed eadem impedit ne dicere plura possimus. Celebraturi sumus hodie p̃cessionẽ: ꝛ paulo post audituri dominicam passionẽ. Quid sibi vult ista mirabil' coniũctio? aut quid cogitauerunt patres nostri passionẽ addentes p̃cessioni? Nam p̃cessio quidẽ merito repꝛesentat hodie: quia hodie facta est. Passio vo cur addita est: quã sexta feria constat esse secutã? Optime vtiq; p̃cessioni passio iuncta est: vt discamus in nulla letitia huius seculi habere fiduciã: scientes quoniã extrema gaudij luctus occupat. Propterea non simus stulti: vt occidat nos p̃speritas nostra: ſz in die bonoꝝ non ĩmemores simus maloꝝ ꝛ econuerso. Istis enĩ mixtũ est p̃sens seculum: non secularibus tñ: sed etiam spiritalibus viris. Nam ꝛ secularibus aliquando que placent: quandoq; que non placẽt videmus accidere: ꝛ ipsis nihilominus spiritualibus non semper tristia: non semper leta succedunt: sed ẽ vespe ꝛ mane dies vn⁹. Et illud: Visitas eũ diluculo: ꝛ subito p̃obas illum. Verum hoc interim dum p̃sens seculũ manet: vel magis manat ꝛ fluat. Leterũ post hoc seculũ duo futura sunt secula valde diuisa ꝛ diuersa: ita vt in altero non sit nisi fletus ꝛ stridor dentiũ: in altero sola gratiarũ actio ꝛ vox laudis. Absterget enĩ deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctoꝝ: ꝛ iam non erit amplius neq; luctus neq; clamor: ſz nec vllus dolor. Interim sicut amatores mũdi multa patiunt aduersa: ita nec ipsis seruis dei omnia in hoc mundo optata succedunt. In die ergo maloꝝ memores sint bonoꝝ: ne pusillanimes fiant ꝛ impatientes: sicut is de quo legim⁹ in psalmo: Cõfitebitur tibi cuz benefeceris ei. In die q̃z bonoꝝ ne ĩmemores sint maloꝝ: ne extollãtur ꝛ dicant in abundantia sua Nõ mouebimur in eternũ. Sicut enĩ secularũ reruz p̃speritas occidit stultũ seculare: sic potest ꝛ abundantia spũalis p̃speritatis occidere indoctũ spẽcialem atq; ita non spũalẽ. Spiritualis quippe diiudicat. Vnde autẽ eueniat q̃ stultũ occidit p̃speritas ꝛ non sapiẽtem: alibi habemus. Cor sapientis vbi tristitia: ꝛ cor stultoꝝ vbi letitia. ¶ Merito ꝓ inde ait: Bonũ est magis ire ad domuz luctus q̃z ad domũ conuiuij. Licz enĩ multos frangat aduersitas: tamen multo plures extollit p̃speritas: sicut scriptũ est Cadent a latere tuo mille: siniſtro. i. p quod significatur aduersitas: ꝛ decem milia. i. multo plures a dextris tuis: in quib⁹ p̃speritas designat. Deniq; quia vtrobiq; periculũ est ꝓat sapiens ꝛ dicit: Diuitias ꝛ paupertatẽ ne dederis mihi: ne forte aut diuitie extollerent in superbiã: aut paupertas deiceret in impatientiã. Vnde ꝛ dñs sicut in passione patientiam: ita ꝛ in p̃cessione humilitatẽ exhibẽ curauit. In illa enĩ tanq̃ ouis ad occisionem ductus est: ꝛ quasi agnus coram tondente se obmutuit ꝛ non aperuit os suum. Qui cum percuteretur non cõminabatur: sed magis ꝓabat dicens: Pr̃ ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. In p̃cessione autẽ quid? Parabant sese populi: vt exirent obuiam ei: nec eum latebat q̃ nouerat quid esset in homine. Propter quod ꝛ ipe paratus est: nõ in currib⁹ aut in eqs: non in frenis argenteis: aut in sellis auro

tectis: sed humilis āselli tergo sedens supp̄ositis aplox vestib⁹: q̄s ego de p̄ciosioribus regionis fuisse nō credo. Sed qd fuit q̄ pcessionē habere voluit? qui mox futurā nouerat passionē? Forte vt amarior esset passio quā pcessio p̄cessisset. Ab eodē enī pplo in eodē loco ⁊ ipo tpe pauciss̄imis diebus interpositis p̄mo cū tanto triumpho susceptus: postea crucifixus est. O q̄z dissimile est Tolle tolle: crucifige eum: ⁊ benedictus qui venit in noīe dñi osanna in excelsis. O⁹ dissimile Rex israel: ⁊ nō habemus regē nisi cesarē. O⁹ dissimiles rami virentes ⁊ crux: flores ⁊ spine. Cui p̄ius prosternebant vestimēta aliena: ecce suis exuitur: ⁊ sors mittit⁹ super ea. Ue tibi amaritudo peccator nostror: propter que dissolue da tanta amaritudo necessaria est. Jam vo ad pcessionē accedēs tanq̄z quattuor ordines in ea mihi video⁹ intueri: fortassis in hac nostra pcessione oēs hodie poterūt inueniri. Preibant autē aliqui: ⁊ viam parabant. Ipsi sunt qui viam parāt dño ad corda vestra: qui nos regunt ⁊ dirigunt gressus nostros in viam pacis. Alij sequebant: ⁊ hi sunt qui p̄prie inscientie cōscij deuote sequunt: ⁊ adherēt semp vestigijs p̄cedentiū. Aderāt autē discipuli tanq̄z domestici: lateri eius adherentes. Ipsi sunt qui partē optimā elegerūt: qui in claustris soli deo viuūt: semp deo adherētes: ⁊ eius placitū p̄sideratēs. Ipsuz quoq̄z iumentū cui insidebat nō defuit: quod designat duros corde ⁊ animos quodāmō bestiales. Uerū nō fuit ibi aīaliū huiusmodi copiosior multitudo: nec oportuit. Tales enī magi oneri sunt q̄z honori: nec p̄pter eos pcessio valde gloriosior est. Huiusmodi nāq̄z cantare nō nouerunt: sed male sonoros dant rugitus. Ipsi sunt qui semp virga egent ⁊ calcarib⁹. Attī nec ipsos relinquet dñs: dum discipli nam ferre voluerint. Dis enī dicit Seruite dño in timore: ⁊ apprehēdite disciplinā: neq̄n irascatur dñs ⁊ pereatis de via iusta. Postq̄z enī iumentū hoc disciplinaz ferre noluerit: quid restat nisi vt abijciat eū dñs cū indignatione quadā: ⁊ p̄tin⁹ exeat a via currēs ad spinas ⁊ tribulos: a quibus suffocatur verbū dei: que sunt diuitie huius mundi ⁊ voluptates carnis? Siqui tales sunt h quib⁹ fit grauis oꝛdo ⁊ oīa onerosa: q̄s pūgi frequēter oporteat ⁊ vrgeri? obsecram⁹ eos vt studeant de iumētis: si forte queant i boies cōmutari: ⁊ cōputari inter aliq̄s ceteror: vt sint aut de p̄ceuntib⁹: aut de adherētib⁹ ⁊ collateralis: aut de sequētibus. Q̄d si nō facūt: obsecro vt vel in eo quod sunt p̄maneant interim: ⁊ patiēter ferant q̄ salubria sunt etsi minus suauia: donec complaceat dño respicere humilitatē eor: ⁊ melius aliquid eos ꝑ mouere. Ultis autē vt aliquaten⁹ cōsolemur iumentū nostrū? Scimus equidē q̄ cantare nō nouit. Neq̄ enī de eis est qui dicere possunt: Cantabiles mihi erāt iustificatiōes tue: in loco peregrinationis mee. Attū vnū est quod nemini ceteror tā prope est dñs. Mā nec ipsi q̄ hincinde adherēt tā prope eū habēt vt iumentū cui insidet. Et audi hoc ꝑ̄m apl̄m Prope est dñs his qui tribulato sūt corde. Mā ⁊ mater quē egrotantē nouit filiū: magis fouet ⁊ amplectit⁹ fepius. Nemo ergo indignet: nemo ꝓtemnat: dū voluerit christi esse iumentū. Etenī qui scandalisauerit vnū de pusillis istis: illū graviter offendit: qui eos tanq̄z mater misericordie sue gremio fouet donec roboꝛent. Unde ⁊ mox⁹ infirmitates patientissime ferendas beat⁹ Benedict⁹ admonuit. Quattuor ergo genera sunt in pcessione dñi. Boni p̄uidentes: ⁊ boni simplices. Mi sunt qui p̄ceunt ⁊ qui sequunt. Bonos autē addidi: q̄ prudentes nō boni iniqui sunt: iuxta illud Sapientes sunt vt faciāt mala: ⁊ simplices nō boni stulti sunt. vnde subdit Bene aūt nesciunt facere. In pcessione autē dñi nec iniquus locum habet nec stultus. Porro qui adherēt ⁊ contemplatiui sunt. Qui portāt ⁊ onerantur: eo ipsi sunt duri corde ⁊ parū deuoti. Sed ecce omnes sunt in p̄cessiōe dñi: ⁊ nemo ex ipsis faciem eius videt. Mā qui p̄cedunt occupati sunt in parāda via solliciti circa peccata ⁊ tentationes aliorū. Qui sequunt ipsi omnino faciem eius videre non possunt: sed sicut mos fi dictū est posteriora vident. Jumentum cui insidet

nunq̄z ad videndū leuat oculos: sed pronū
est semp̄ terrā. Qui vō adherēt ipsi aliq̄ñ
videre possunt: sed raptim ⁊ non cōtinue:
nec plene dum adhuc sunt in via. Attamē
quantū ad alios ipsi magis facie ad faciez
eū vident: iuxta quod item de moyse scri-
ptum est: quia ceteris quidem prophetis p
visiones ⁊ somnia: moysi vō facie ad faciez
loquebatur. Quantū ad plenam sane visio
nem nec ipse moyses dū viueret in hoc mū
do impetrare potuit faciei ipsius visionez:
quia sicut ipse ait non videbit me homo et
viuet. Non videbor inquit in hac vita: nō
videbit quis faciem meaz in hac vita: ⁊ in
pcessiōe ista. Ipse itaq̄ magna pietate sua
donet nobis sic in eius processione perseue
rare dum viuimus: vt in magna illa ꝓces-
sione qua cū sanctis suis oīb⁹ a patre suscī-
piendus est: ⁊ traditurus regnū deo ⁊ p̄i
sanctā ciuitatē cū ipso ingredi mereamur.

¶ Item ipso die de infignib⁹ q̄nq̄ diebus
pcessiōis: refectionis: passionis: requie-
tionis: ⁊ resurrectionis Sermo. iij.

lxx vij

Dm vniuersa faceret deus in numero ⁊ pōdere ⁊ mensura: specialius tū ea opera quibus in terris vi-
sus est ⁊ cum hoīb⁹ cōuersatus est: ⁊ q̄cūq̄
in eis operat⁹ locutus aut passus est ita dis
posuit: vt ne minimū quidē momentū: ne
vnū iota a sacramento vacarit aut preterie
rit sine mysterio. Euidentius tū quattuor
proximos dies ⁊ ipsum quē hodie colimus
illustrauit: diem ꝓcessionis: diem refectio-
nis: passionis: requietionis: ⁊ resurrectio.
nis sue. Notabiles admoduz dies: ⁊ inter
ceteros insignes magis. Prima siquidem
die gloriā suscipe dignatus est humanaz: ⁊
cū ingēti quodā tripudio ⁊ exultatiōe vni-
uerse terre hierosolymā nō ppriis vt hacte
nus ꝙsueuerat pedib⁹: sed iumēto vect⁹ in-
trare. Et hec quidē ad passionē preparatio
fuit: excitata hinc maxime inuidia sacerdo
tū. Sane vēturas aliq̄ turbas vt raperēt
eum ⁊ regem facerent: fugiens legit declī-
nasse. Nūc vō non quesitus affuit: vt tanq̄
rex israel susciperet ⁊ predicaret ab eis: qn
etiā in hecipsa preconia eoz: quod dubiuz
non est: animos excitauit. Sic nimirū ⁊ de
passione aduertere est. Exīt q̄nq̄ ⁊ abscon
dit se a iudeis: nec volebat iam ambulare i
iudeam palam: quia querebant eum iudei
interficere. Sciens aūt q⁹ venerit hora ei⁹
tanq̄ potestatē habēs spōtaneus ipse se ob
tulit passioni. Decebat nempe pontificem
nostrū tētari p omnia ꝓ similitudine absq̄
peccato: vt tanq̄ verus homo ⁊ ꝑspera ho
minum ⁊ aduersa oportune vitaret: oportu
ne susciperet: ⁊ vtraq̄ rerum in seipo no
bis salutare preberet exemplum. Ut enī tē
perantie est prospera declinare: sic interdum iustitie est
certa quidem dispensatione admittere ea.
Persecutio quoq̄ ⁊ temporalis omnis ad
uersitas pro loco ⁊ tempore prudenter ali-
quando fugiēda erit: cū aūt necesse fuerit
viriliter tolerāda. Et his qdē duob⁹ ꝑsperi-
tatē ⁊ aduersitatē loquor: humana ois vita
versat. Nihilominus aūt in quattuor illis
notissimis vtriq̄ speciebus virtus vniuersa
consistit. Ita ergo oēm virtutē implere de
cuit eū in quo plenus habitabat omnis ple
nitudo virtutum: vt notum fieret omni-
bus q̄z is maxime sciret abundare: sciret ⁊
penuriam pati. Non enim dei sapientia de
bis erat quos perderet prosperitas sua: nō
dei virt⁹ de his quos occidere posset auer
sio. Utrūq̄ enī scriptū est q⁹ auersio: nō tū
omnū: sed paruulos interficiat eos: ⁊ pro-
speritas nō quoslibet: sed stultoz perdat
eos. Ymodeste tū hancipsam videt gliaz
suscepisse ad triumphalem occursum in asi
no venientis: non in curribus aut in equis.
Et dicebat: Siquis vobis aliquid dixerit:
dicite quia dñs his opus habet. Magnuz
opus: opus salutis. Nempe hoies ⁊ iumen
ta saluare venerat: multiplicans misericor-
diam suā deus. Initia nostre conuersionis
fouet ista dignatio: vt primū exancilla filiū
generemus. Solutus est ad mandatum do
mini: qui antea tenebatur aut non valens
aut nolens facere bene: aut vtroq̄ fortius
vinculo alligatus nec volens. s. nec valens.
Non nouit interim purius in domino gra
tulari: ꝓsumptum tenet placere ei quod agit:

ꝛ ꝓsolaꝫ in eo qđ sibi deum reputet fieri debito:rem:sepius memorãs qꝛ dñs his opus habet. Nã ꝓcessu temporis in eo magis afficietur vt suo sollicitet debito:ꝛ timeat ne forte tantis beneficijs inueniaꝫ ingrat⁹:dicens qꝛ seruus inutilis sum ꝛ bonoꝝ meoꝝ non eges. Atqꝫ hec qdem vera ꝛ affectio:et fidelis. Nic filius libere:cum quo ancille filius heres esse nõ possit. Ita ergo in ꝓcessione. Cetez ante passionẽ suã: affectuosissim⁹ pater familias refectionem suis curauit do mesticis exhibere. Et in hoc quoqꝫ apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris. Cum dilexisset suos:in finem dilexit eos. Et dicebat: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscuꝫ:anteqꝫ patiaꝫ. Oportebat enim: Expetierat eos sathanas vt cribraret sicut triticũ:opus erat preuenire refectionẽ Deniqꝫ ꝛ refecti si paulo minus defecerũt⁹ quid ieiuni fecissent? Ninc fuit: qꝝ non mõ corpora sꝫ maxime corda refecit. Neqꝫ enim corporalis passio sed tentatio spiritalis ista bat:qꝝ singulariter ille futurus esset donec transiret. Ea nimirꝫ hostia sicut sola ꝓdesse potuit sic sola sufficit:nec decuit xpm simꝫ ꝛ petrũ ꝛ iacobũ ꝛ ioannẽ ꝓ salute hoium pati. Crucifixi tñ cum eo fuerunt alij duo: sed duo neqꝫ:de qbus nulla suspicio posset haberi tãqꝫ ex eis minus efficax sacrificiuꝫ supplereꝫ. Quibus ergo pamb⁹ in cena refecit apostolos? Ut ego arbitror qnqꝫ. Nde us inqt cibus est:vt faciã voluntatẽ patris mei. Cibus vtiqꝫ:sed cibus cordis. Quid enim eque ꝓfirmat ꝛ roborat cor humanuꝫ qđ in omni necessitate ꝓfortat ꝛ sustẽtat vt diuine exequutio volũtatis? velut in quendam aĩe ventrẽ cõscientiã scz eius ingesta. Sic ꝛ sermonẽ diuine exhortationis ꝛ ꝓmissionũ eius ꝓsolationem ꝛ oꝛantiũ lachrymas panes cordis esse:sollus ille ignorat cuius iam aruit cor ꝓ eo qꝝ suũ ipsius panez comedere sit oblitus. Sup oia aũt caro dñi est cibus ꝛ cibus vite:panis de celo viuus. Nullum ex his hac tam solẽni cena dñi defuisse reperies:si diligenter aduertas. Recumbentibus adhuc vndecim discipulis surgit a cena? ꝓcingitur linteo aquam ponit in peluim:discipulorum pedes abluit et extergit. Non est voluntas carnis ꝛ sanguinis hec:voluntas patris est ꝛ sanctificatio nostra. Deniqꝫ si non lauero te ait dñs ad petrum obnixius recusantem: nõ habebis partem mecũ. Scimus aũt quis dixit: Euꝫ qui venit ad me;non eiciam foras:qꝛ descẽdi de celo non vt faciam voluntatem meaꝫ sed voluntatem eius qui misit me. Oportune aũt ꝛ vtiqꝫ more suo post exemplũ opis: exhortationẽ sermonis adiunxit. Inter loquendum quoqꝫ iam copiosissimus extitit sermo:multis eos ꝓmissionibus ꝓpter instantem maxime passionem fouere ꝛ resocillare curauit: de resurrectione sua de aduentu paracliti de eoꝝ ꝓfirmatiõe ꝛ assumptiõe aliqñ ad seipsum. Nec multo post vẽtum est oꝛationem: et vsqꝫ tertio in agonia factus oꝛabat. Ubi quidem nõ solis oculis sed quasi membris omnibus fleuisse videtur: vt totum coꝛpus eius quod est ecclesia totius coꝛporis lachꝛymis purgaretur. Nã de sacraméto quidem coꝛpus et sanguinis sui nemo qui nesciat hanc quoqꝫ tantam et tam singularem alimoniam ea primum die exhibitam? ea die commendatam ꝛ mandatam: deinceps frequẽtari. Ex hoc iam dies sequitur passionis. In qua nimirum sicut totum hominem saluum fecit sic de toto sefecit hostiam salutarem? coꝛpus exponens tantis supplitijs ꝛ iniurijs:animũ vo cuiusdam humanissime gemine compassionis affectui:hinc quidem super meroꝛe inconsolabili sanctarum feminarum inde super desperatione discipulorum: In his quatuoꝛ crux dominica fuit? ꝛ hec omnia ꝓpter nos passus est:qui tanta charitate compassus ẽ nobis. Uerũtamen que de eoipso erant finem habuere:sicut ipse lamentantibus mulieribus ait: Finem vtiqꝫ celerrimum ꝛ celeberrimum:primo quidem requiem deinde resurrectionem. Nos quoqꝫ si festinemus in illam ingredi requiem: per multas tribulationes nobis meminerimus transeundum. Et ꝓmus quidem donec sumus in tribulatione:magnum nobis videtur aspirare ad requiem:tanqꝫ nihil simus ampli⁹ desideraturi. Uez nõ erit nobis reqes ne i requie qđ ipa a desiderio glie:a desiderio

resurrectiõis. Amodo ingt iam dicit spūs: vt requiescant a laboubus suis. A labore ḡ quiescunt qui in dño moriunt: sed nõ quiescunt iterim a clamore. Deniq; sub throno dei clamant anime occisoꝝ: q̄ si nihil habeant qõ molestet nondũ tñ totum habeãt qõ delectet: donec requiem resurrectio: do nec sabbatum pasca sequat. Amen.

¶ In cena dñi de sacramentis. Sermo.

lxx viij

IN sunt dies quos obser uare debemus: dies pleni pietate ⁊ gra: qbus etiã sceleratorum hoiũ mentes ad penitẽtiam ꝓuocant. Tanta siqdem vis est sacramentoꝝ eoꝝ que diebus isthis recolũtur: vt possint ipsa quoq; corda lapidea scindere ⁊ pectus omne licet ferreũ emollire sufficiãt. Deniq; videmus vsq; hodie ad passionem xpi non mõ celestia compati sed terrã moueri ⁊ petras scindi: ⁊ ī ꝓfessione peccatoꝝ aperiri monumenta. At vo qñ sic est in spiritualibus cibis sicut ⁊ in corporalibus vt ī quibusdam statim ꝓsto sit sapor in aliqb⁹ oporteat laborare? que manifesta sunt nro nõ indigent ministerio: que vo clausa sunt diligenté volunt habere ꝓsideratione. Nõ tradit mater paruulo nucem integrã? sz nucem frangit: nucleũ porrigit. Sic ⁊ ego vob carissimi si possem sacraméta que clausa sũt aperire debueram: sed quia minus possum vtinam vobis ⁊ mihi pariter mater sapientia frangat nuces istas: nuces quas ptulit sacerdotalis virga virtutis quã emisit dñs ex syon. Multa quippe sunt sacramenta: p scrutandis oĩbus hora non sufficit. Fortassis ⁊ aliqui vestrum imbeciles sunt ad tanta simul capienda. De tribus itaq; sacramẽtis que satis ꝓgrua sunt huic tempori dicẽdũ erit: qõ ipse dñs donauerit. Sacramentum dicit sacrũ signũ: siue sacrũ secretum. Multa siqdem fiunt ꝓpter se tm̃: alia vo ꝓpter alia designanda: ⁊ ipsa dicunt signa et sunt. Ut enim de vsualibus sumam⁹ exemplum: datur anullus absolute ꝓpter anullũ ⁊ nulla est significatio. Dat in inuestituraz hereditatis alicuius: ⁊ signũ est ita vt iam dicere possit qui accipit anullus non valet quicq̄: sed hereditas est quã querebã. In hunc itaq; modũ appropinquans passioni dñs de gratia sua inuestire curauit suos: vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili ꝓstaretur. Ad hoc instituta sunt oia sacraméta: ad hoc pedum ablutio: ad hoc eucharistie participatio: ad hoc deniq; ipse baptismus initium sacramentoꝝ oĩum: in quo cõplantamur similitudini mortis eius vnde ⁊ trina mersio tridui qõ nunc celebrandũ est formam gerit. Sicut enī in exterioribus sunt diuersa signa: ⁊ vt cepto imorem cꝛeplo varie sunt inuestiture. Verbi gratia: Inuestitur canonicus p libũ: abbas p baculum eps per baculum ⁊ anullũ simul: sicut inq̄ in huiusmodi reb⁹ est: sic ⁊ diuisiones gratiaꝝ diuersis tradite sunt sacramẽtis. Que est gratia? vnde p baptismum inuestimur? Utiq; purgatio delictoꝝ. Quis enī põt facere mundũ de imundo cõceptũ semine? ni si qui solus est mundus: ⁊ in quẽ peccatum non cadit deus? Huius qdem gre sacramẽtum prius erat circuncisio: vt originalis rubiginem culpe que manauerat a parentib⁹ primis cultellus eraderet. Sed veniẽte domino q agnus est totus suauis ⁊ mitis: cui⁹ iugum suaue ⁊ onus leue: optime totũ mutatum est: vt inueteratã rubiginẽ cũ vnctione sancti spūs a qua vilueret ⁊ acerbitas illa cessaret. Sed forte querat aliqs ⁊ dicat: Si deletum est in baptismo qõ ꝓtraximus a parentibus? cur adhuc manet cupiditas fomes ⁊ quoddã incentiuũ peccati? Neq; enī dubium qn a primis parentibus in nos tradita sit lex ista peccati. Oẽs siqdem ī peccatrice voluntate generamur: ꝓptereа licet inuiti illicitos quosdam cõcupiscentiarum motus ⁊ tanq̄ bestiales sentimus. Dixi vobis sepius nec mente excidere debet: qñ in causa pmi hois cecidimus oẽs. Cecidimus aũt sup aceruũ lapidũ ⁊ in luto: vnde nõ solum inquinati sed etiam vulnerati ⁊ grauiter quassati sumus. Lauari pinde cito possumus: nã ad sananduz opus est curatione multa. Lauamur igit in baptismo ga delet cirographuz dãnationis nostre: ⁊ hec gra nobis ꝓferf vt iam cõcupiscentia nõ noceat si tñ a ꝓsensu abstineam⁹. Ita tanq̄ sanies

inueterati vlceris remouet dū tollit dānatio ⁊ responsum mortis: qđ pus inde manabat. Sed qs poterit tam efferos motus frā gere: qs purit⁹ vlceris huius ferre queat? Confidite q: in hoc gr̄a subuenit: ⁊ vt securi fitis sacrāmētum corporis ⁊ sanguinis p̄cioſi in inuestiturā habetis. Duo enī illud sacramentū operat in nobis: vt videlz ⁊ sensum muniat ⁊ in grauioribus peccatis tollat oīno ꝑsensum. Siqs vestrū non tam sepe modo: nec tam acerbos sentit mot⁹ ira cundie: inuidie: luxurie: aut ceteroꝝ huius modi gratias agat corpori ⁊ sanguini dñi: qñ virtus sacramenti opat in eo ⁊ gaudeat q pessimū vlcus accedat ad sanitatez. Sed tñ qđ agimus: q in hoc corpore peccati ⁊ ī p̄e malo non possumus esse sine peccato? Nunqđ desperabim⁹? Absit. Si dixerim⁹ ait beatus ioannes q: peccatū non habem⁹ nosmetipsos seducimus. Si aute ꝑfitemur peccata nostra: fidelis est de⁹ qui dimittat nobis peccata nostra ⁊ emūdet nos ab oīi iniquitate. Nam vt de remissiōe quotidianoꝝ minime dubitemus: habem⁹ eius sacramentū pedū ablutionem. Queritis forte vnde sciam q sacrāmētū sit huius remissionis: maxime cū ipse dñs p̄miserit petro dicens qđ ego facio tu nescis mō scies aute postea: nihil tñ de sacramento locutus sit ꝫ tñ exemplum inqt dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis. Uez multa habebat illis dicere: q̄ tunc portare non poterant. Jdeoq nec ex toto voluit eos anxios ⁊ suspectos reliquē: nec dicere qđ non caperent. Uis aūt nosse q: p̄o sacramento illud est non p̄o solo exēplo factum? Illud attende qđ petro dictuz est. Si non lauero te nō habebis p̄te mecū. Aliqđ igit latet qđ necessariū ē ad salutez: qñ sine eo nec ipse petrus partem haberet in regno xp̄i ⁊ dei. Vide enim si nō expauit petrus ad tante cōminationis terrificum verbū. Si non agnouit salutare esse mysteriū: cur respondit. Dñe non tñ pedes meos sed ⁊ manus ⁊ caput? Et vnde scim⁹ q ad diluenda peccata que non sunt ad mortem ⁊ a quibus plene cauere non possum⁹ ante mortē ablutio ista p̄ueniat? Ex eo plane q offerenti manus ⁊ caput pariter ad lauandū responsum est. Qui lotus est nō īdiget nisi vt pedes lauet. Lotus enī est q grauia peccata nō habet: cuius caput ideſt intētio ⁊ manus ideſt operatio ⁊ quersatio mūda est. Sed pedes qui sūt affectiōes aīe dū in hoc puluere gradimur ex toto mūdi esse non p̄sit: qn aliqñ vanitati: aliqñ voluptati aliqñ curiositati plusq̄z oporteat cedat aīus vel ad horam. Jn multis enī offendim⁹ oēs Uerūtñ nemo q̄tēnat: aut parū pēdat. Jmpossibile est enī cū eis saluari: impossibile ē dilui ea nisi p xp̄m ⁊ a xp̄o. Nemo māq̄z p̄nitiosa securitate dormitet declinās in verba malicie ad excusandas excusatiōes in peccatis: qñ vt audiuit petrus ab ipso nisi lauerit ea xp̄s non habebim⁹ p̄tez cū eo. Nec ideo tñ p̄o eis necesse ē nimis eē sollicitos ignoscet facile imo ⁊ libenter si modo nos agnoscam⁹. Jn huiusmōdi nāq̄z quasi ineuitalibus ⁊ negligētia culpabilis est: ⁊ timor īmoderatus. Hinc est q in oratiōe quā ipe īstituit: quotidie p peccatis illis voluit nos orare. Sic enī de ꝓcupiscentia dixim⁹: q ꝫ dānationem abstulerit: q: iuxta aplm nulla dānatio est his qui sunt in xp̄o iesu: tñ ad humiliandū nos ipsam adhuc patit viuere in nobis ⁊ grauiter affligere nos: vt sentiamus qđ gr̄a nobis p̄stet: ⁊ semp ad illius auxilium recurramus: sic ⁊ de minoribus istis peccatis pia dispensatiōe nobiscū agit vt non penitus auferant. Sed in illis nos erudit deus: ⁊ cū minima cauere nō possumus: certi sim⁹ q nō nostris viribus maiora superem⁹: semp q timorati ⁊ oīno sollicit̄i simus: quo eius gr̄am non amittam⁹ quā nobis tā multipliciter necessariā eē sentim⁹.

¶ Item vnde supra. Sermo. ij.

Vigilate animo lxx ix

Vigilate animo fratres: nec infructuose ptranseant vos huius tp̄is sacramēta. Copiosa est būdictio: date receptacula munda: deuotas aias: vigiles sensus: affectus sobrios: puras cōscientias exhibete tantis carissimis gr̄az. Nimirum admonet vos sollicitudinis huius nō modo spūalis ipa quersatio quā p̄fessi estis ꝫ generalis ecclie obseruatio cui⁹ filij estis

Uniuersi siqdem christiani sacra hac septimana aut pre solito aut preter solitū pietatē colūt modestiā exhibent: humilitatez sectā tur indunt grauitatē: vt xpo patienti quodāmodo compati videant. Quis enim tā irreligiosus vt non cōpungat? quis tam insolens vt non humiliet: qs tam iracundus vt non indulgeat: qs tam delitiosus vt non abstineat: qs tam flagitiosus vt nō ptineat: qs tam malitiosus vt non peniteat his diebus? Merito qdem. Nempe adest passio dñi vsq; terram mouēs: petras scindēs: apiens monumenta. Prope est etiam resurrectio eius: in qua solēnitatez celebrabitis altissimo dño vtinam vsq; in altissima que fecit magnalia alacritate ꝛ auiditate spūs subeuntes. Nihil in mundo melius fieri q̄ qđ a dño factū est his diebus: nihil mūdo vtilius poterat cōmendari q̄ vt ritu ppetuo singulis celebret annis memoriale eius in desiderio anime ꝛ memoriā abundantie suauitatis huius eructuet. Utrūq; autem ppter nos: qđ in vtroq; nobis salutis fructus in vtroq; vita spiritus nostri. Mirabilis passio tua dñe iesu que passiones oīum nostrū propulsauit? ppitiata est omnibus iniquitatibus nostris: ꝛ nulli vnq; pesti nostre inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortez quod non tua morte soluat? In hac igitur passione fratres tria specialiter cōuenit intueri: opus: modum: causam. Nam i opere quidem patientia: in modo humilitas: i cā charitas cōmendat. Patientia aūt singulariter qđ videlicet cum supra deorsum ei⁹ fabricarent peccatores cum sic extenderet in ligno vt dinumerarent omnia ossa ei⁹: cum fortissimū illud p̄o pugnaculum qđ custodit israel vndiq; foraret ꝓfoderent manus eius ꝛ pedes: sicut ouis ad occisionem ductus sit ꝛ tanq; agnus coram tondente non aperuit os suū: non aduersus patrem murmurans a quo missus fuerat: non aduersū humanum genus p̄o quo que non rapuit exolebat: non deniq; vel contra populum ipsum peculiarem sibi a quo p̄o tantis beneficijs tanta mala recipiebat. Plectuntur aliqui p peccatis suis ꝛ humiliter sustinēt: hoc ipsum tamen eis ꝛ ad patientiam reputatur. Flagellant alij non tam purgandi q̄ probandi coronandiq; ꝛ maior in his patientia cōmendatur. Quomodo non magis censeatur in xpo qui in funiculo hereditatis sue ab his quib⁹ specialiter saluator aduenerat crudelissima morte mulctat sicut omnino nullum peccatum nec actu proprio nec contractu sic nec in quo crescere possit habens? Nimiq; in quo habitabat ois plenitudo diuinitatis non vmbratione sed corporaliter: in quo deus est mundum sibi reconcilians non figuratiue sed substantialiter: qui deniq; plenus est gratie ꝛ veritatis nō cooperatiue sed personaliter. Ut faciat op⁹ suum: alienum est opus eius ab eo Ysaias loquitur: quia ꝛ opus suum fuit quod dedit ei pater vt faceret? ꝛ elienum ab eo: vt talis talia sustineret. Ita ergo habes in opere patientiam. Nam modum ipsum si diligenter attendas: non modo mitem agnoscēs q̄ ꝛ humilem corde. Nempe in humilitate iudicium eius sublatum est: cum nec ad tantas blasfemias nec ad falsissima q̄ sibi obiciebantur crimina responderet. Audimus inquit eum ꝛ non erat aspectus: non speciosum forma p̄e filijs hominum sed obprobrium hominum tanq; leprosum nouissimum virorum: plane virum dolorum adeo pcussum ꝛ humiliatum: ita vt non esset ei spes neq; decor. O nouissimum ꝛ altissimum. O humilem ꝛ sublimum. O obprobrium hominum ꝛ gloriam angelorū. Nemo illo sublimior: nemo humilior. Deniq; sputis illis? est obprobrijs saturatus est: morte turpissima condemnatus est: cum sceleratis reputatus est. Nihil ne merebitur vel ista humilitas que hunc habet moduz? imo que tam est vltra modum? Sicut est patientia singularis sic ꝛ humilitas admirabilis: vtraq; sine exemplo. Utrāq; tamē magnifice causa ipsa cōmēdat. Nimiq; charitas ē. Propter nimiam enim charitatē suā qua dilexit nos deus: vt seruū redimeret nec p̄ filio nec sibi filius ipe pepercit. Vere nimiā? q; ꝛ hec mensurā excedit ꝛ modū supat: plane sup eminēs vniuersis. Maiorē inquit charitatē nemo hz: q̄ vt aiam suā ponat qs p amicis suis. Tu maiorem habuisti dñe ponens

& crudelitatis argumēta: sed eodē mō est ꝛ ipe delusus. Utrobiq; p vnius suspecta p-sona trucidat numerositas puerorꝫ: vtrobiq; qui querebat euadit. Et quō moysen filia pharaonis: ita xpm quoq; egyptus que non imerito pharaonis itelligit filia suscipit ꝙ seruādum. Manifeste tñ plusq; moyses hic: vtpote qui venerit non in aqua tñ sed in aqua ꝛ sanguine. Aque enim multe populi multi. Uenit ergo in aqua tñ q cōgregauit quidē populū: sz pc pulū nō redemit. Haz ipa quoq; de scruitute egyptia liberatio nō moysi sed agni sanguine facta ē: liberādos nos p figurās a vana nostra cōuersatione huius seculi sanguine agni īmaculati ieſu xpi. Hic est verus legifer noster apud quez copiosa redēptio ē. Doctuus ē enim nō tñ p gēte: sed vt filios dei q dispsi fuerāt cōgregaret in vnū. Memento sane būc eē iohannē qui vidit ꝛ testimoniū phibuit: ꝛ scimus qz vez ē testimoniū ei⁹ exisse de latere dñi dormiētis in cruce sanguinez simul ꝛ aquā: quo videlicet dormiēti nouo ade noua ō latere suo pferret ꝛ redimeret pariter ecclesia. Sic ergo hodieq; ad nos per aquam ꝛ sanguinem venit: vt sit aqua et sanguis testimonium aduentus eius fideiq; victricis. Nō solum autem sed testimonium est maius his: qō perhibet spiritus veritatis. Horum trium testimonium verum est certūq; ꝛ felix anima que meretur illud accipere. Tres enīz sunt qui testimonium dant in terra: spiritus aqua ꝛ sanguis. In aqua quidem baptismū intellige in sanguine martyrium: in spiritu charitatē. Spūs enī ē qui viuificat: ꝛ fidei vita dilectio. Deniq; si queras qd spūi ꝛ charitati respondeat paulus: q: charitas dei diffusa ē in cordibus nostris per spīm sanctū qui datus est nobis. Necessario quoq; spūs addit aque ꝛ sanguini: cum eodem apostolo teste sine charitate quicquid habeas nihil pfit. Jam vō quia baptismū aque martyrium diximus sanguine designari: memento ꝛ vnicū ꝛ quottidianū esse baptismū similiter ꝛ martyriū. Est enim ꝛ martyrij genus et quedam effusio sanguinis in quottidiana corporis afflictione: est ꝛ baptisin⁹ aliqs in compunctione cordis et lachrymarum assiduitate. Sic quippe infirmis ꝛ pusillis corde neceſie est vt quez semel pponere non sufficiunt: saltem mitiori quodā sed diuturniori martyrio sanguinem fundant Sic ꝛ baptismi sacramentum quoniam iterari nō licet: bis qui sepius in multis offendunt frequenti oportet ablutione suppleri Unde ꝛ prophete: Lauabo inquit per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meū rigabo. Uis ergo nosse qs est qui vincit mundum? Que in eo vincenda sunt diligentius intuere. Siquidem et bocipm beatus iste iohānes indicat vicēs: Charissimi nolite diligere mundum: neq; ea que in mundo sunt. Omne enim quod ī mundo est: concupiscentia carnis est: ꝛ concupiscentia oculorum: ꝛ ambitio seculi. Ne sunt tres turme quas fecerunt caldei: sed memini quoq; sactū iacob fecisse tres turmas cum timeret a facie esau rediēs de mesopotamia Et nobis ergo aduersus triplex genus tētationis triplici opus est munim ē to: vt carnis quidez concupiscentia ipsius mortificatione vincatur: quam si meminisus in sanguinis testimonio diximus intelligendam: oculorum vō concupiscentiam superet studium compunctionis ꝛ assiduitas lachrymarum: pozzo ambitionis vanitatem virtus charitatis excludat: que sola castigat animum: sola purgat intentionem Certum quippe triumphati mundi testimonium ē si corpus castiges ꝛ subijtias seruituti ne pernitiosa libertate seruiat voluptati: si fletui prebeas oculos magis q̄ petulantie vel curiositati: si deniq; spirituali dilectione flagrans nulli animum dederis vanitati. Merito sane vnus est qui in terra pariter ꝛ in celo testimonium perhibet spiritus: quia siue corporis afflictio cessabit: siue fons lachrymarum exiccabitur: sed charitas nūq; excidit. Prelibatio quedam in presenti est: consumatio ꝛ plenitudo manet in futuro. Ueruntamen Izmane at post aquā ꝛ sanguinem spūs aqua gppe ꝛ sanguis regnum dei non possidebunt? interim tamen aut vix aut nullo modo inuenire est spiritum sine illis: quoniaz bi tres

ingt vnū ſunt: vt quolibet ex his trib⁹ defi
ciēte adeſſe cetera ſi p̄ſumas. Sil vo iūcta
teſtimonia iſta credibilia facta ſunt nimis
nec poterit cui in terris ſuppetūt hec care
re teſtimonio vel in celis. Confiteť dei filiū
coā hoībus nō verbo neq; lingua ſed ope
& veritate: filius quoq; p̄fitebiť eū coā an
gelis dei. An vero ei deeſſe poterit in teſti
monio p̄? cui filiū videat atteſtante? Sine
dubio p̄fitebitur & ipe qđ viderit in abſcō
dito. Sed neq; ſpūs qdem a patre filioq;
diſſentiet: qppe q p̄ris filijq; ſit ſpūs. Be
niq; quonā modo careat teſtimonio ei⁹ in
celo? q habere illud meruit & i terra? Tres
ergo ſunt q teſtimoniū dant in celo: pater
& filius & ſpūs ſcūs. Et nequā forte diſſonā
tiā ſuſpiceris: hi tres vnū ſunt. Adagnū p
fecto habituri ſunt teſtimoniū quos in ce
lo pater ſuſceperit tanq; filios & heredes?
filius aſciuerit tanq; frēs & coheredes: ſpi
ritus ſcūs adherentes deo vnū ſpiū faciet
eſſe cū eo. Eſt eni ſpūs ipe idiſſolubile vin
culū trinitatis? p quē ſicut pater & fili⁹ vnū
ſunt ſic & nos vnū ſumus in ipo: eo miserā
te qui p̄ diſcipulis hoc ipm orare dgnatus
eſt ieſu chriſto dño noſtro.

¶ Item vnde ſupra.

lxxx viij

Ex epiſtola bea
ti iohānis hodie nobis eſt lec
tio recitata: in qua diximus
teſtimoniuz dari triplex in ce
lo: triplex in terra. Et quidez p meo ſapere
illud ſtabilitatis h repatiōis ē ſignū: illud
angelos iſtud hoies: illō beatos a miſeris
iſtud iuſtos diſcernit ab ipijs. Angelis ſigdē
qui in p̄ma illa p̄uaricatione ſuphiente
lucifero i veritate ſteterūt: merito teſtimo
niuz phibet viſio trinitatis hoib⁹ quos di
uina miſeratio ſaluat ſpūs aqua & ſanguis
Quidni phibeat teſtimonium pater? a qui
bus honorat⁹ vt pater eſt? Tibi vo malig
ne fic loquitur. Si ergo ego pater? vbi eſt
honor meus? Careas omnino neceſſe ē te
ſtimonio patris: cuius tibi gloriam vſurpa
re conaris nō honorare eum cupiens: ſed
equare. Sedebo inquit in mōte teſtameti
& ſimilis ero altiſſimo Ita ne mō creat⁹ p̄ri
ſpiritum ꝓſedebis? Et certe necdū dixit ti
bi: ſede a dextris meis. Si neſcis o ipudēs
vnigenit⁹ ille eſt: cui eterna generatiōe pa
tris eq̄litas collata eſt & ꝓſeſſus. Tu rapi
nā cogitās eſſe eq̄lis deo filio gloriā iuides
gliam quaſi vnigeniti a p̄e vt ne ab ipo q
dem teſtimoniū merearis habē. An vo po
terit deteſtato a p̄e & filio? vtriuſq; ſpūs
atteſtari? Abhoiať ſupbū p̄fectō & ingetū
q ſup qetū & hūilez reqeſcit. Amator pa
cis & vnitatis ꝓſecrator: aduerſuz te p pace
& vnitate zelať. Quid mirū frēs? ſi timem⁹
ne forte puſillā hāc vineā dñi depaſci fin
gularis ferus icipiat? Quātos etiā celeſtiū
vinee palmites p̄ma illa ſingularitas ꝓcul
cauit? Sed forte ſuphiā qdem in eo facile
aduertiſtis: non aūt ſingularitatem. Dico
ergo vbi ſtabat vniuerſitas angelo⁹? Mū
qd ſingularitatis caruit vitio? q ſedere vel
le p̄ſumpſit? An forte q̄ritis vbi mihi nota
ſit hec ſtatio angelo⁹? Duos teneo idone
os teſtes: quoz vterq; qđ vidit hoc teſtať
Vidi dñm ledentē ait iſaias: ſeraphin vo
ſtabāt. Et daniel. Milia inqt miliū mini
ſtrabāt ei & decies cētena milia aſſiſtebāt
ei. An & tertiū deſideratis? vt in oze triū te
ſtium ſtet omne verbū? Aplm p̄fero q⁹ vſ
q; ad tertiū raptus eſt celū: & rediēs loque
batur. Mōne omnes ſunt adminiſtratorij
ſpūs? Siccine vbi ſtant oēs vniuerſi mini
ſtrant? tu pacis inimice ſedebis? Plane cō
triſtas ſpiritum: qui habitare facit vnius
moris in domo. Offendis charitatē? q? ſcin
dis vnitatē: rūpis vinculū pacis. Merito
pinde angelo⁹ q ſuū nec ordinē nec domi
cilū reliquere charitati vnitati & paci ſpi
ritus ateſtať: a quo ſane tua & inuidia: & ſin
gularitas & igetudo reꝓbať. Et hoc qdē
de eo teſtimonio qđ dať in celis. Eſt & ali
ud qđ in terra datur ad diſcernēdos vtiq;
qui i ea ſunt exules ab idigenis: hoc eſt ce
li ciues a ciuibus babilonis. Quando eni
ſine teſtimonio electos ſuos deſerat deus?
Aut certe que nam eis eſſe poterit conſo
latio inter ſpem & metum ſollicitudinē an
xi am fluctuantibus ſi nullum omnino ele
ctionis ſue habere teſtimonium mererentur? Nouit dominus q ſunt eius: et ſolus

ipse scit quos elegerit a principio. Quis vo scit hominum si ē dignus amore vel odio. O si vt certū ē certitudo nobis oīno negatur nūquid nō tāto delectibiliora erūt si q forte electiōis hui⁹ signa possum⁹ inuenire Quaz enī requiem habere potest spūs nr dū p̄destinatiōis siue nullū adhuc testimonium tenet? Fidelis pinde sermo t oī acceptiōe dignus: quo salutis testimonia cōmēdant. Hoc sane verbo t electis p̄solatio ministrat: t subtrahit reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vite q̄s bec negligit: manifeste cōuincit in vano accipe animā suā: tp nihilo habere terrā desiderabilē cōprobat. Tres sunt inqt q testimonium dant in terra: spūs: aqua t sanguis. Scitis fratres q: in p̄mo hoie peccauimus oēs: i ipo etiā cecidimus vniuersi. Cecidim⁹ sane in carcerē: luto pariter t lapidib⁹ plenū Exinde iacebamus captiui ingnati t conquassati: donec venit desiderat⁹ gētiū: qui nos redimeret: ablueret: adiuuaret. Hic ē enī q sanguinē p̄priū dedit in redēptionez aquā simul p̄duxit de latere suo in ablutiōnē: emisit deinde de excelso spūm suū q adiuuaret infirmitatē nostram. Vis ergo nosse an bec aliq̄d operent in te ne forte reus sis sanguinis dñi quē euacuas quātū in te est sed t aqua ipa que debuerat mūdare i sordibus p̄manēti iudiciū dānatiōis accumulet: spūs quoq; cui resistis nō liberet maledictū a labijs suis? Cauēdū enī ne sint tibi bec infructuosa: q: necessario eēnt pariter t dānosa. Quis est aūt q testimoniū habet effusi nō sine causa sanguinis xp̄i? nisi q cōtinet a peccatis. Seruus enīz peccati est q peccatū facit: vt si deinceps cōtinere potuerit t iugum abicere misere seruitutis certissimū sit testimoniū redēptiōis quā operat sine dubio sanguis xp̄i. Vez non sufficit peccatori p̄nitētia: si nō adsit penitentia Habet ergo t ab aqua testimoniuz q laborat in gemitu suo: lauās p singulas noctes lectū suū. Sicut enim sanguis ille redemit vt nō regnet peccatū in nostro mortali corpore: sic aqua illa abluit ab bis peccatis q cōmisimus ante. Sed qd erit q̄ de lōgo cathenaz vsu t carceris habitatione crudeli cōfracti sumus atq; collisi deficimus i via vite? Innocemus spūm viuificatorē t adiutorē? confidentes q: dabit pater qui in celis ē spūm bonū petētibus se. Sane nouum supuenisse spūm certissime cōuersatio nouata testat. Jā vt breuiter repetaz a sanguine t aqua t spū habere ē testimoniū si cōtines a peccatis? si dignos agis penitētie fructus t facies opera vite.

¶Item vnde supra. Sermo tertius.



Esus christus qui i aqua t sanguine venit. Nō in aqua tm: sed in aqua t sanguine. Habet ergo testimoniū aque: habet t sanguinis testimonium. Venit nimirum in aqua t sanguine. Habet etiā testimoniuz spūs: q: spūs est q testificat: q: xp̄s ē veritas. Testimoniū dilectiōis qua dilexit nos est aqua: q: exitus aquaz deduxerūt oculi mei: q: nō custodierūt legē tuā. Vox in rama audita ē: ploratus t vlulat⁹ mlt⁹: rachel ploras filios suos Rachel ouis siue videns interptat. Et qs ouis noīe cōmodius designari potest q̄z is de quo scriptū est: Sicut ouis ad occisionē ductus ē? Et quis videns? nisi qui dixit Vidēs vidi afflictionem populi mei qui est in egypto: t descendi liberare eū? Neq; enīz dormitabit siue dormiet: qui custodit isrl. Natus igit virgo de virgine: puer paruulus sup terrā effusus de vtero matris: plorauit vagiēs t vlulauit. Quid deplorabas puer sancte? Tuā ne miseriam? Sed miser natus es: q: sic voluisti? In ifantia tua nostrā potius deplorabas miseriā: q: languores nostros tulisti: t labores nostros portasti. Ploraſti p nobis: vt nobis ipetrares i dulgētiā. Vox quidez ploratus t vlulatus tui i rama. i. in excelsis audita ē: sed nō exaudita: q: etsi nascendo capitalem reddideras hominē sanctū: nondum tamē monendo satisfeceras. Rachel ploras filios suos noluit consolari quia nō sunt: q: filijs suis nōdū redēptis per effusionē lachrymaruz rēnuit oīno p̄solari donec opus suū pficeret Vox deniq; sanguis frīs nr̄i rabel clamat in celū t exaudita ē: q̄n videiz in cruce

lxxx ix

seipm obtulit deo in odorē suauitatis. Vir inuētus ē q pierat: reuixit q mortuꝰ fuerat Et deletū est cyrographū qđ ꝓtrariū erat nobis: nō solū in aq: ſz in aq ⁊ sanguīe. Vere credibilia ⁊ valde mirabilia testimōia amoris tui: aq ⁊ sanguis dñe. Diligebas eos ꝑ quos vtiq; ploraſti: ⁊ tandē obdormiſti in cruce ⁊ soporatꝰ es. Vbi cognouit cēturio q filiꝰ dei eras. Dixeras te filiū dei: ſz non agnoſcebāt increduli: licet magnitudine miraculoꝝ testificaret spūs: q esses veritas. Nec tria cōueniūt in vnū: aduersus diabolū ⁊ pñs ſclm neq; vt redimeret hoīes cōtineret mūdus: ⁊ būiliaret sicut vulneratus iuꝑbꝰ. Noꝝ triū testimoniꝝ idigemꝰ ⁊ nos Felix nāq; aīa: q̄ his tribꝰ vel duobꝰ vel saltē vno roboraſ testimōio. Quis ē q testimoniū hēt sanguinis? Plane q redēptus est a dño: qđ redemit de manu inimici. Nūqd redēptū dixerimꝰ q facit peccatū? Nōne q facit peccatū seruus ē peccati? Nōne sub potestate diaboli tenet q tētatiōibꝰ eiꝰ resistere nō pōt? sed regnat pctiñ i mortali eiꝰ corpe? Nā vere redēptū dixerimꝰ q nec blādimētis diaboli allicit: nec dolis decipitur: nec tormētis supat. Testimonium g̃ hz sanguinis q ⁊ si sentiat pctiñ: nō tñ ꝓsentit pctō: desiderijs qđē q̄ sentit ꝑ corruptionē nature virilit resistēs ꝑ adiutoriū gr̃e: nā ꝑ fecto testimoniū hēt aque: i q̄ praua ⁊ ignita extincta sunt desideria: q nō solū opaſ in mo meditaſ iustitiā: esuriēs ⁊ sitiēs nō illecebras carnis sed voluptates aī. O btā aīa in q̄ non repugnat caro aduersus spm̃ nec spūs aduersus carnē: q̄ iam tā fortiter q̄z suauiter opaſ. In sanguine g̃ redēptio: ⁊ in a qua extinctio. Nā in spū ꝓfirmatio est. Recepto namq; spū ibāt apli gaudētes a ꝓspectu ꝓcilij qm̃ digni bīti sunt ꝑ noīe ihu cōtumeliā pati: nō solū aduersa sustinētes: ſz ⁊ gloriātes in tribulatiōibus. Cōuertē aīa in requiē tuā: q: dñs bñfecit tibi. Quia eripuit aīaz meā de morte ꝑ sanguinē redimē do: oculos meos a lachrymis praua desideria extinguendo: pedes meos a lapsu in bonis cōfirmādo. Nec tria testimoniū dant in terra: his videlz q nondū sciētes celestia ꝓtēplari circa terrena occupanꝰ: ⁊ de tpalibus virilit meditātes martha magis q̄z maria esse norūt. Nil sollicitudie nō pigri; prudent bona tpalia nō ad carnis delectationē: sed cōmuni ꝓsulētes vtilitati. Nā quoz quersatio in celis est: maiꝰ hñt testimoniū pris ⁊ filij ⁊ spūs scī. Testimoniū hēt pris cui data est potestas nō solū sup mēbra sua ſz sup corꝑa suū: ipans nō solū mēbris. ſz etiā cogitatiōibꝰ suis. Testimoniū hñt filij cui data ē sapia: ꝑ quā sciāt cōprehendē versutos i astutia sua: ⁊ cognoscē astutias satbane q trāsfigurat se i angelū lucis: Cui notū ē ⁊ dulce ē: nō plus sape q̄z sape oportet: ſz sape ad sobrietatē. Vñ secreta celestia modesto scrutaſ scrutinio: ne forte temerariꝰ scrutato: maiestatis oppimaſ a gloria. Testimoniuz habet spūs: q qđ pōt ꝑ patrē nouit: ꝑ filiū diligit: ⁊ amplectiſ ꝑ spm̃ sanctū charitate nimiz diffusa in corꝑ spm̃ scm̃ q datus ē ei: nō solū ad remissionē sed ad dilectionē ⁊ dilectiōis ꝓfirmationē. Deinde tres sunt q testimoniuz dāt infernoꝝ ignis ⁊ sulphur ⁊ spūs ꝓcellaꝝ. Ignis videlicet iracūdie: sulphur imundicie: ꝓcella ꝓscie. In infernꝰ loc⁹ ē tormentoꝝ: ⁊ vere graviter cruciaſ q igne vaſ iracundie: fetore punit imūdicie: ⁊ ꝓcella iactaſ ꝓscie. In inferno sunt carnales: in terra aīales: in celo spūales. Carnales dicunt a carne: aīales ab aīa spūales a spū. Carnales qui curā carnis ꝓficiūt in desiderijs: que carnis sunt sapiūt: ⁊ ideo deo placere nō pñt. Paudētia enim carnis mors ē ⁊ inimica est deo. Legi enim dei nō ē subiecta: neq; enī potest. Quare? Quia docet id qđ lex dei dedocet: videlicet delectari i carne. Lex dei docet castigari corpus: ⁊ in seruitutez redigi: Paudētia carnis docet corpus nutrire: ⁊ satisfacere desiderijs carnis. Carnales ergo in carne viuunt: ⁊ in aīa mortui sunt. Et vbi viuūt: ibi sentiunt. Sentiūt ergo delectationes et molestias carnis: q: in ea viuūt. Miserias aūt aīe nō sentiūt: quia in ipsa mortui sunt. Aīa. n. q̄ peccauerit ipa morieſ. Viales sūt q in aīa viuūt: quā vnificauit spūs dei. Sicut enī aīa vita est corporis: ita spūs dei vita est aīe. Viuūt ergo qui penitentiā agūt de illicitis q̄ cōmiserūt: de cetero ꝓtinētes.

Hi pctā declināt: sed occasiones pctōz nō declināt. Turpitudines fugiūt pctōz: sed pericula nō timēt occasionū. Molūt fornicari: sed epulant quotidie splendide: z induunt purpura z byssō: z necessitatib⁹ non gtēti supinducūt superfluitates. Et vt breuit dicā: illicita cauēt: sed illicitis se exponunt. Spiritales sunt q nō solū pctā imo occasiones pctōz declināt: q: spiritaliter iudicat oia: z discernit nō solū licita z illicita: sed etiam cōmoda z incōmoda. Carnal' nulla: aīalis aliq̄ : spirital' oia. Carnal' nō discernit quid liceat: vel qd nō liceat: sed qd nō expediat vel impediat. Spirital' vō discernit z licita ab illicitis: z expedientia ab impedientib⁹: z edificātia a destruētibus: dicēs cum apl'o: Omnia mihi licēt: sed non oia expediunt: Omnia mihi licēt: sed nō omnia edificant. Ergo mortui sunt carnales: viuunt animales: proficiunt spūales.

¶ Sermo in dñica post octauā pasche.

Ruerēdissimi

patres z dñi: ecce lecta sunt verba sancti euāgelij in auribus vestris: z vtinā diligēter intellecta ab vniuersitate vestra. Intellectus bonus omnibus faciētibus ea. Seculares in speculis suis visu cognoscere solēt pulchritudinē aut turpitudinē suā. Alterius generis ē speculū vestrū: in quo magis auditu q̄z visu potestis attendere qd deceat quid nō deceat: qd impediat: qd expediat: quid ex debito officij vestri vobis incūbat: aut nō incūbat. Speculū vestrū ē sanctū euāgelīū. Cōsiderate obsecro: nō vultū natiuitatis vestre: sed statū quottidie conuersatiōis. Cōsiderate inq̄z z nolite abire negligēdo: sed stetis diligentes in inuestigādo: z perscrutatis medullitus cōsciētijs vestris in testimonijs earū glorieminī: aut terreamini. Naz sicut multis est gloria: ita multis est pena testimoniū conscientie sue. Ecce sacrum euangelium sub numero trium personarum: inclusit vniuersam multitudinem plator. Proposuit nobis bonuz pastorem: mercēnarium: z furem. Si boni pastores estis gaudetē: quia merces vestra copiosa ē in celis. Si mercēnarij estis timete: quia periculum vestrum graue est interius. Si fures ingemescite: quia locus vester magnus est in penis: nisi pperaueritis ad penitentiaz: z que vouistis dño deo vestro in conspectu eius afferatis z offeratis munera: nō corruptibilium auri vel argenti: sed preciosi sanguinis z corporis agni īmaculati. Quātā dignitatem contulit vobis deus? Quanta est prerogatiua cordis vestri. Pretulit vos deus regibus z īperatoribus terre: pretulit ordinem vestrū omnibus ordinibus: imo vt altius loquar pretulit vos angelis: archāgelis: thronis z dominatiōibus. Sicut enim nō angelos iz semen abrae apprehendit ad faciēdam redēptionē: sic nō angelis sed hominib⁹ solisq̄z sacerdotib⁹ dñici corporis z sanguinis cōmisit cōsecrationez. Omnes enim sicut ait apl's sunt administratorij spūs in ministerium missi ppter eos qui hereditatē capiunt salutis. Sed longe excellentius est officiuz vestrum: qō admirabile est: nō solum i nostris sed etiaz in oculis angelor. Nec sunt infelicissima tempora que preuidit paulus apl's: in quibus homines sanā doctrinā nō sustinēt: iz coaceruāt sibi mgros pruriētes auribus ad desideria sua: in quibus a veritate se auertūt: ad fabulas autez z vanitates huius seculi conuertunt. Nec sunt inq̄z nouissima tempora: in quibus refrigescit charitas: z abundat iniquitas. Quare hoc dico? Quia vt audistis tres psonas: imo vt planius dicam: tria genera doctor sanctū descripsit euangelīū. Primū genus aliquā quidem partem: sed vnumquodq̄z duorum generum sequentium copiosam z pernitiosam includit multitudinem prelatorum: iz illos defendit numerus. In primo genere abūdat charitas: in alijs duobus omnino refriguit: vbi nimirum abūdat iniquitas. Audistis proprietates vtriusq̄. Bon⁹ pastor est qui ponit animam suam pro ouibus suis: mercēnarius est qui videt lupum venientem z fugit: fur est qui mactat z occidit. Bon⁹ pastor nō suā voluntate facit: iz dñi sui querit vtilitatem. Ipse soli seruiat

fidem: ipsi laborat: ipm honorat: ipsi querit gl̃iam nō sibi. Regi enī seculoꝝ imortali in uisibili soli deo honor ⁊ gl̃ia: i scla seculoꝝ amen. Non nobis dñe nō nobis. sed nomi ni tuo da gl̃oriam. Nobis miseris da ue nīā: tibi dño reserua gl̃oriā: vtpote a quo ē uenia dilectoꝝ ⁊ gr̃a meritoꝝ. Bonus pa stor in oī labore villicationis sue: q̄rit nō q̄ sua sunt sz q̄ iesu xp̄i: qō ꝓpriū habet chari tas. Unde si qñ exceserit: charitas operit multitudinē pctoꝝ: sed ⁊ ipe aduocatū ha bet in celis iesum xp̄m dñm nr̄m: q ipse est ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is. Mercēnarius est vt diximus: q vidit lupū venientē ⁊ fugit Querit ergo q̄ sua sunt: non que iesu xp̄i. Aliogn nō fugēt si sua nō q̄reret: imo seipz sup ipenderet potius q̄z gregē suū raptori bus exponeret. Multi sunt mercēnarij: q in ꝓpitate leuiter discerni nō possunt a bo nis pastorib⁹. Habēt enī multa cum bonis pastoribus cōmunia. Habuerūt nāq; sanā doctrinā in ingressu: habēt nihilomin⁹ mū dam conuersationē in ꝓgressu: pacē amant ⁊ querūt ecclesie: Utiliter ac viriliter eccles asticis iplicant negotijs: nō recusant grauedies oēs: sed hec ideo: q: ābiūt gl̃iaz bo noris. Amāt enī primos recubitus in cenis salutatiōes in foro: ⁊ vocari ab hoibus rab bi. Multotiens etiā pane lach: ymarū ⁊ vi no potant cōpūctiōis ex cōpūctione pctoꝝ sicut testatur iunior: ille filius: q in regione longinqua cōsumpsit oēm substantiā suam viuēdo luxuriose. Unde dixit Quāti mer cēnarij in domo ꝑris mei abūdant pamb⁹ Si abūdant pamb⁹ m[illegible]cēnarij: nunqd fa me pībunt oarij? Ꝙ parios dico: q quāto rariores in terris: tanto cariores hītur in celis. De paucitate eoꝝ q querit veritas di cens. Messis qdem multa: oarij aūt pau ci. Messis itaq; multa ⁊ sacerdotes multi ⁊ mercēnarij nulti: sed oarij pauci. Pau ci plane ⁊ rari admodū oarij incōfusibi les: q aspicientes in auctorē fidei ⁊ cōsu matorē iesum quos instituūt verbo ꝓdica tionis nō destruūt exemplo prauę opatiōis efficatius ope q̄z verbo ꝓdicantes. Notā dū vero q filius ꝓdigus non dicit: fac me vnū de mercēnarijs tuis: sed sicut vnū vt videlicet ea sibi conferat beneficia: quib⁹ illi cōmunicat in pñti. Jngt enīz psalmista Cibauit illos ex adipe frumēti. Quos eos Audi qō ꝓmittit: Inimici dñi mētiti sunt ei. Di sunt quos cibat frumēto: ⁊ melle sa ciat. Qui sunt illi? Mercēnarij: q lz ad ho rā credāt: in tpe tñ tētatiōis recedunt. Uñ patet q amici sunt mundi. Amicus autem hui⁹ seculi: inimicus dei cōstituit. Di tñ q̄ rūt que sua sunt: nō que iesu xp̄i. Et si non querūt que illius sunt. Et q cū eo nō sunt: cōtra eū sunt: qz ipe ait: Qui nō ē mecū: cō tra me ē. Et q cōtra eū sunt: inimici ei⁹ sunt Di ꝓ exteriora mētiunt deo in interioꝝ⁹ Cū enim sane ꝓdicent ⁊ male viuāt sanita tē loquunt in tētiōis: vt videlicet deum ha beant in causa: ⁊ omnia īteriora eoꝝ bene dicāt nomini scō ei⁹. Cū tñ nō deū sed mū dū: nō deū sed sclm habeant in causa: men tiunt potius deo q̄z hoib⁹: ad cui⁹ cōtume liā spectat tāta collatio gratiaꝝ a q̄bus nō honorē dei sed hois constat acgri: nec cha ritati sed vanitati deseruiri: Unde operā rius incōfusibilis postulat: nō duo tñ sed tria: quia funiculus triplex difficile rumpi tur. Non enim postulat disciplinam ⁊ sciē tiam tñ: quas postūt habere ⁊ mercēnarij: sed bonitatē ⁊ disciplinam ⁊ scientiā doce me: quia ⁊ hec tria simul in solis filijs in ueniuntur. Quid enī prodesset habere di sciplinam in conuersatione: scientiā in con uersatione ⁊ predicatione: nisi bonitas eēt in intentione? Musq̄z scriptum est: aut car nis obsequium: aut rationis scientiam suf ficere. Sed bona voluntas sufficit. Sana ta ergo volūtate vtilis erit ⁊ perniciosa tā castigatio carnis per disciplinam q̄z illumi natio rationis per scientiam. Propter has ergo supradictas ratiōes ⁊ alias huiusmo di diximꝰ: quia in prosperitate leuiter mer cēnarius discerni non potest a bono pasto re: quia dum pacis arridet securitas: intē tionis eius paliat infirmitas. Nihil occul tum quod non reueletur. Uasa figuli pro bat fornax. Flante vento aduersitatis: sta tim quod infirmū est intentionis effectus indicat operationis. Uidet enim lupū ve nientez ⁊ fugit. Qui sunt lupi isti? Tyrāni

ꝛ raptores seculi: q ꝓpria tenti ꝓscia ꝛ cõcupiscẽtia vel ingenita cõpulsi malitia incendũt ecclesias: vastarit ouilia xpi: spoliãt pupillos ꝛ viduas: ꝓscriptiones indicũt paupibus: deũ blasfemãtes in suis opib⁹. Hij factis rapinis fractisq; ecclesijs cũ gladius vltionis in eos exoriꝛ veniũt vel blãdiẽdo vel cõminãdo. Fugit mercenari⁹ vel amore blãdientis vel timore ꝓseqntis. Fugit: Vnde? A rectitudie institie: a defectiõe ecclesie: a liberatiõe patric. Ab vltiõe pupilloꝝ ꝛ viduaꝝ. Quo? Ad custodiẽda q̃ possidet: imo a qbus possidet? videlicet marsupia: horrea: cellaria nõ vtiq; paupib⁹ reseruãda: sed euacuãda a furibus: aut ab ignibus cõsumẽda. Habet etiã aliqs intra vicinia ꝛ posse tyrannoꝝ pentes suos. Blandit pinde multotiẽs raptoꝛib⁹ vt pentib⁹ cõsulat: q vt pacẽ bẽant ꝛ inter tyrannos floreãt affligi pmittit scã eccl'ia: ꝛ iustitia ꝓculcat. Et qd dicã de furib⁹? Fures sunt heretici. Hij sunt fures ꝛ latrones q̃ veniũt in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Quotquot aũt venerũt fures sunt ꝛ latrones. Fures latenꝫ nocẽdo: latrões aptes seniẽdo. Heretice praua dogmata dissemĩnabãt in ꝓplo: ꝛ puersitate doctrine sue fidem catholicã obnubilabãt: ꝛ inducebant simplices in errorẽ. Neminẽ vim credo eẽ hereticũ. Oẽs creditis deũ trinũ ꝛ vnũ q̃ passus ẽ ꝛ sepult⁹: q descẽdit ꝛ ascẽdit. Facit tm̃ fides hec catholicũ? Hac fide vtiq; demões catholici essent: q vt dic̃ iacob⁹ credũt ꝛ otremiscũt. Vez vtiq; catholicũ facẽ nõ fides cõis demõib⁹ ꝛ hõibus: ꝫ ea tm̃ q̃ cõis hõibus ꝛ angelicis spiritib⁹. Que est illa? Que p delectatiõez opaꝝ de q̃ apl's ait Neq; circũcisio aliqd valet neq; ꝓpuciũ: sed fides q̃ p delectationẽ opaꝝ. Hac fide ipse idẽ erat ꝓditus: cũ diceret. Dũ tps habemus operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt ad domesticos fidei nõ scĩ. Habetis hãc fidẽ? Vtinã. Sed hec est fides q̃ vicit mũdũ: q: hec ẽ victoria q̃ vicit mundũ: fides nostra. Dixerim vos vincere mundũ? aut vinci a mũdo? Video ecclesias nostras male tractatas: video q̃sdã semiruptas quasdam oĩno abruptas. Video in villis solitudinem? in agris silentium: ꝛ vbiq; exterminiũ. Video in militibus insolentiam? in hominibus in obedientiã: ꝛ in oĩbus insipientiã. Libenter tamen sufferti⁹ insipientes huiusmodi cum sitis ipsi forte sapiẽtes. Sustinetis enim q vos in seruitutem rediguntꝫ q deuorent: q accipiant: q sup̃ vos extollantur: q in faciem quãdoq; vos cedant: vt etiam inclusos in carcere emungant vos argento. An hec patimini? vt impatientia vestra possideatis animas vãas? Patientia enim nobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes fructum cum gaudio reportemus. Tolerat⁹ hec vt voluntatem dei faciatis? Non vtiq; sed vt volũtatem ꝓpriaꝝ adimpleatis? vt carnis vre licentius curã geratis: vt paruulis vestris ꝛ parentibus vestris cõmodius ꝓuideatis? ꝛ villas tyrannorum in pace habitetis: eorum vtentes nemoribus ꝛ agros colentes. Propter hoc palpatis ꝓncipes ꝛ potestates tenebrarum haruꝝ: tam demones q̃z homines. Homines quia ad velle eorũ loquimini: ad velle eorum ligatis ꝛ solutis. Ipsi sunt semetipsi semiarchidiacõi? immo vt verum fatear salua pace omniũ ipsi sunt supra episcopos supra archidiacones supra ꝓsbyteros. Et vere qui potestatem habent: hodie venefici vocantur. Palpatis demones: quia facitis eos in vobis similes altissimo. Ponam inquit sedez meaz ad aquilonem: ꝛ ero similis altissimo. Et ipe qui est rex super omnes filios superbie sub frigore iniquitatis sue ꝓgelauit omnia interiora vestra: ꝛ vt fortis armatus custodiens atrium suum: in pace obtinet cathedram voluntatis vestre in qua deberet altissimus residere. In terra inquit pax hõibus magne scietie: magne nobilitatis? Nõ Sed bone voluntatis. Et vbi pax ibi deus quia in pace factus est locus eius. Unde patet q̃ sedes eius bona volũtas est. Que ergo non deum sed diabolum habet inhabitantez interius ꝛ tyrannis atq; raptoꝛib⁹ deseruit exterius? vicit ne mundũ? Immo victus est a mũdo? victus est a diabolo: victus est a carne sua. Infixus est limo ꝓfundi: ꝛ non est substantia vel potentia resur-

genti. Domine deus virtutū excita potentiam tuam et veni: vt educas nos de lacu miſerie: ⁊ de luto fecis. Aperi manum tuam porrige dexterā: educ de carcere aīas nras: vt iam nō obediāt mundo: ſed ꝓfiteā tur noī tuo. Placabilis eſto ſup officialiꝫ tuis q tibi reddituri ſunt rōnez de ouibus tuis. Veni dñe ⁊ noli tardare: inſanit diabolus inſanit generis humani hoſtis: ſcies q modicū tps habet. Fidem habem⁹ ſine op̄ibus: ipa mortua eſt ⁊ nos mortui cū ipa. Auge in nobis fidem: vt in vicarijs tuis p dilectationē optet: quatenꝰ ad impiū eoꝝ mōtes transferan⁊: ⁊ de obſeſſis aiabꝫ demones offerank de ipis pnꝰ ejcianꝯ q cū ipis ejcianꝯ ⁊ pjcianꝯ i ignē eternū. Auge inq̄ in nob fidē: q: hec eſt victoria q̄ vincit mundū fides noſtra. Hac fide ſci vicerunt regna opati ſunt iuſtitiā: exting̈uerūt impetum ignis effugarūt aciem gladij: cōualuerunt de infirmitatibꝰ ſuis. In partibꝰ veſtris vbiq̄ ignis ⁊ gladius. Quare nō opamini iuſtitiā? Quare nō extinguitis ignes Quare nō effugatis aciem gladij? Quare Ratio eſt in pmptu. Quia nō deo ſed hoībus q̄ritis placere. Unde paulus ſi adhuc hōibꝰ inqt placerē xpi ſeruꝰ nō eſſem. Vos nō cōualetis de infirmitatibꝰ vr̄is: ſed torpetis in ignauia vr̄a: nec de malefactoribꝰ vr̄is poteſtis facere iuſtitiā. Quare? Quia nulla eſt virtꝰ fortitudis vr̄e: qm̄ deꝰ diſſipauit oſſa eoꝝ q hōibꝰ placēt. Caro infirma: ſed oſſa ſunt fortia. Diſſipauit ḡ oſſa ideſt eoꝝ fortitudinē: q hōibus q̄runt placere. Cōfuſi ſūt qm̄ deꝰ ſpreuit eos. Et vos eſtis ꝓfuſi in actibꝰ vr̄is: nō honorati: ſed onerati de dignitatibꝰ vr̄is: qm̄ deꝰ ſpreuit vos Spreuit enī diſcedētes a iuditijs ſuis. Fidez habetis ſed ad opa vos mitto vos maxime qui eſtis vicarij xpi: q eſtis paſtores aiarū? q alios debetis inſtruere nō deſtruē vos inq̄z maxie? q ſoli nō poteſtis pire: ſed preire debetis docēdo opando. Multi enī ſunt catholici pdicādo: q heretici ſunt operando. Qd̄ heretici faciebāt p prava dogmata hoc faciūt plures hodie p prava exēpla: ſeducūt. ſ. pplm ⁊ iducūt in errorē: ⁊ tāto graniores ſunt hereticis quāto pualēt opera verbis. Unigenitꝰ qui eſt in ſinu patris: nonne de ſecreto ſuo prodyit ad publicum noſtrum? Nonne de celo deſcēdit ad terras: vt predicatione ⁊ cōuerſatione ſua perſuaderet hominibus contemptum mūdi? Nōne eſtis vicarij eius? Nonne quod predicauit: ⁊ vos debetis pdicare? Quod diſſuaſit: diſſuadere? Quod perſuaſit: perſuadē? A chriſto dicti eſtis chriſtiani. Non ne ea via qua chriſtus ambulauit: ⁊ vos debetis ambulare? Nonne ſicut chriſtus conuerſatus eſt: ⁊ vos vicarij eius debetis cōuerſari? Ita plane ne forte doctiores ⁊ ſanctiores eo fueritis. Dicite archidiaconi: dicite preſbyteri: dicant pontifices: in frenis ⁊ ſellis: quid facit aurū in veſtimentis: tantus ornatus in cibis: tām ſuperfluus apparatus? Eſca ventri: ⁊ venter eſcis: deus autem ⁊ hunc ⁊ has deſtruet. Multꝰ erat cultus veſtium: ⁊ delicatus ciborum apparatus apud illum diuitem euangelicum: qui induebatur purpura ⁊ biſſo: ⁊ epulabatur quotidie ſplendide. Mortuus eſt tamen: ⁊ ſepultus in inferno. O durū ⁊ execrabile et horrendum ſepulchrum? vbi eſt fletus ⁊ ſtridor dentium: vbi ſunt aque niuium? vbi vermis qui non moritur: vbi ignis qui non extinguitur. Hoc ſepulchrum diuitem: ſed ſinus abrae paupere excepit. Quis ſapiens? ⁊ cuſtodiet hec? Uir inſipiens non cognoſcet: ⁊ ſtultus non intelliget hec. Quis obſecro laicorum auidius clericis acquirit temporalia? ⁊ ineptius vtitur acquiſitis? Cum tantum faſtum videant laici in ſuſpectibile clericoꝝ? nōne p eos potiꝰ inuitank ad mūdū diligēdū q̄ negligēdū? Medice cura teipm. Si mundū pdicas ꝓtemnendū? cōtemne tu pus: ⁊ ad ipſum facienduz effica cius alios inuitabis. Da voci tue vocē virtutis? cōſonet vita verbis: et erit ſtatim in ore tue vuus ⁊ efficax ſmo dei: ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Non ſic pfecto ē: ſed ſicut populus ſic ⁊ ſacerdos: ſicut laicus ſic ⁊ clericus. Uterq̄z cupit? vterq̄z diligit mundum: ⁊ ea que in mūdo ſunt. Laicus tamen cum labore: ſed clerici ſine labore volūt poſſidere totum mundum. Cōmunicare volūt cupiditati ⁊ ſuperfluitati homi

nū: sed nō laboꝛi. ℙeccare volunt cum hominibus: sed nō flagellari cuꝫ boibus: vnde timendū est ne flagellentᵉ cum demonibus. Quomodo seculares nō expenderēt substantiā suam viuēdo luxurioſe etiam in pñtia sacerdotum: quomodo nō intēderēt vanitatibus ⁊ lenocinijs huius seculi: quomodo nō eēnt insolētes ⁊ elati? cum tantū fastū: tantā insolētiā videāt clericoꝛ? Nōne in pñtia eoꝛ irreuereꝛter abutimini elemosynis pauperū: de patrocinio crucis xpi Nō facitis codices i ecclesijs: sed pascitis pellices in thalamis vestris. Impinguatis canes: adoꝛnatis equos: falleratis pectoꝛa equoꝛ ⁊ capita deaurādo. Et vere in capitibus omniū plateaꝛ disperſi sunt lapides sanctuarij. ℙlatee late sūt: ⁊ lata ē via que ducit ad moꝛtem. Lapides ergo sanctuarij ideſt sacerdotes sunt i capitibus ideſt i introitu lataꝛ viaꝛ. Docēt enī populos per praua exempla ingredi vias latas: que ducūt ad moꝛtē: ⁊ demergūt in pfundū inferni. Dolor capitis i mēbra redūdat. Capita populi sunt sacerdotes: Omne caput lāgui dū ⁊ omne coꝛ merēs. Languēt plati ecclesie i voluptatibus suis. Quia ergo lāguoꝛ est in capitibus meroꝛ oboꝛiꝫ in coꝛdibus. Lꝛda sunt ecclesie viri religioſi: q honoꝛē suū itelligētes nō respiciūt in vanitates et insanias falsas. Nō cōparanᵗ iumētis insipientibus: nec similes fiūt illis. Qui ploꝛātes ploꝛāt in nocte huius aduersitatis: vbi apud prelatos ecclesie inualescit cupiditas charitas refrigescit. Ecce merito clamat hodie sancta ecclesia. Ecce i pace amaritudo mea amarissima. ℳulta est hodie lōge grauioꝛ qꝫ dici possit: aut credi persecutio ecclesie sancte: ⁊ talis incūbit: qualis nō fuit ab initio. ℳultis modis persecutus est eā diabolus: sed nunqꝫ grauius qꝫ hodie: quia nunqꝫ fuit maioꝛ pditio xpianoꝛum: nec liberioꝛ aut securioꝛ trāsgressio diuinoꝝ pceptoꝛ. Ecclesiā incipientē psecutus ē per hereticos: iam letam ⁊ floꝛentem iam nūc persequiᵗ per motus illicitos. Tria sūt in anima: ratio: volūtas ⁊ sensualitas. Ratiōis est iudiciū: volūtatis desiderium: caro debet obsequiū. Carnez ergo cruciauit in martyribus: rationez perturbauit i simplicibus: sed voluntatem hodie deturpat generaliter in omnibus. Fuit ergo maritudo ecclesie: amara quidem in persecutio ne tyrānoꝛ: sed amarioꝛ in versutia hereticoꝛ: sed amarissima hodie p prauitatē desideriozuz. Ube qui dicūt paꝛ: ⁊ nō est paꝛ. ℙacez habetᵗ ecclesia apud extraneos: sed filij neqꝫ filij sceleraᵗi seuiūt in eā: qui proprīā matrem euiscerāt: vt se pariāt in bonorem. ℙacem vbiqꝫ habet exterioꝛem: sed interioꝛem in paucis habet: quia vbiqꝫ aut fere vbiqꝫ iudicio rationis nō cōsentit voluntas: sed captiua ducit eam in legem peccati: quia ⁊ si ratio sana sit in iudicio: volūtas tamen praua est in desideriozuz: in qua nimirum residet diabolus similis altissimo: vt supra dixim⁹. Euigilate iusti abijcite diabolum: ⁊ sedem dei expurgate: quia iusticia ⁊ iudicium coꝛrectio sedis eius. Exigētibus iniquitatibus vestris egressus est de templo suo deus: reducite enim ad templū sanctum suum. Templum enim dei sanctū est quod estis vos. Anima iusti sedes ē dei ⁊ templum. Ueniat ad templum suum dominatoꝛ quem vos queritis: vt possitis dominari desiderijs carnalibus: ⁊ diabolicis resistere tentationibus. Dominus in templo sancto suo: facit miracula: ⁊ prebet oracula. Ueniat et angelus testamenti quem vos vultis: qui annunciet vobis suam voluntatem: ⁊ confirmet promissam hereditatem. Inducant eum in templum suum parētes eiᵒ: pater videlicet et mater ⁊ fratres eius. Qui sunt illi? Respondeat ipe. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui est in celis: ipe meus frater est soꝛoꝛ et mater. ℙater generando per verbum predicationis: vt dicit apostolus: Ego enim p euangeliuz in christo vos genui: mater pariēdo per exemplū sancte conuersationis: frater ⁊ soꝛoꝛ caste diligendo in amoꝛe fraternitatis. Di parētes estis vos: aut esse debetis. Statuit vos populus mediatoꝛes inter se ⁊ deū: vt vobis loquaᵗ deᵒ: ⁊ vos ad illū. Ideo dāt vobis elemosynas ⁊ pmicias suas: vt vestris precibᵒ ⁊ meritis ꝓpicietur eis deᵒ ⁊ introducaᵗ ad ipos. Sed eum

quē redditis vobis offēsum? qualiter alijs reddetis placatum? Nō ē mūda cozā deo oratio vestra. Querite ergo ꝛ vos parētes iesu q adducāt eū ad vos: ꝛ inducāt in templū suū. Querite eos qui volūtatez dei ex corde faciūt? q ꝓtēpserūt vitā mūdi: q castigāt corp⁹ suū: ꝛ in seruitutē redigūt: nō vt hoīb⁹: sed vt deo placeāt. Non solū recipe ſz ꝛ diuidere sciatis elemosynā. Facite ḡ ꝛ vos vobis amicos de māmona iniquitatis Nō solū loqmini: sed ꝛ opamini bonuz ad oēs: ꝛ vt dicit apl's: Beneficētie ꝛ cōmunionis nolite obliuisci: talib⁹ enim hostijs p̄mereť de⁹. Inducať pinde iesus in templū suū p̄ iusticiā: ꝛ ducať p̄ iudiciū. Apite ei portā iustitie: alioqn nō ingredieť ad vos. Diligite iusticiā q iudicatis terrā. Uestrū ē facere iudicium: q: senatores estis orbis terraz. Diligite ergo iusticiā ꝛ recte iudicate filij hominū. Quid dubitatis? Appre hēdite disciplinā ꝛ ꝓtineatis a p̄auis operib⁹ vestris: ꝑpter iusticiā babēdā ꝛ faciēdā? q: q cōtinēs ē iusticie apphēdet illam: ꝛ obuiabit illi quasi mr̄ honorificata. Siue iusticia nō solū respublica: sed nec pua domus subsistere potest. Quare timetis p̄ncipes ꝛ potestates tenebraz̄ harum? Quare vos illis subicitis? Vultis exaltari in gētibus: vultis exaltari in terra? Apphendite ꝛ facite iusticiam. Apprehēdite continēdo vosmetip̄os: facite vos humiles ꝛ paupes iustificando vos: ꝛ pfecto in iusticia exaltabimi. Dicit enim psalmista: Et iusticia tua exaltabunť. Quare? Beat⁹ populus sed q scit iubilationē. In iubilo diuerse voces cōsonāt. Sciunt ergo iubilationē q sciūt pacē dare populis ꝛ gētib⁹: ꝛ liberare populum dñi: ꝛ seruare vnitatez populoz in vinculo pacis. Ui tales dñe nō in tenebris hui⁹ mūdi aberrabūt: sed in lumine vultus tui ambulabūt: non in sua fece: sed in noīe tuo exultabūt: nō in tyrānoz amicitia: sed in tua iusticia exaltabunť. Timetis conculcari a leonib⁹ si iusticiā tenueritis? Daniel in lacu leonū clamat: Et nō me cōtaminauerūt Quare? Quia cozā deo iusticia inuēta est in me. Justicia plena est dextera tua. Per dexterā spūalia: p sinistrā accipiuntur non spūalia: sed tpalia. Lōgitudo dieꝝ in dextera illius: in sinistra aūt ei⁹ diuitie ꝛ gloria. In iudicio ad sinistrā eius erūt edi: qbus dat in hoc seculo gloriam ꝛ diuitias: ad dexterā aūt agni: qb⁹ ē ꝓparata lōgitudo dierū. Nolite sitire munera a sinistra ei⁹: q: q desiderāt ei⁹ sinistrā in hoc seculo collocabunť ad sinistrā eius in iudicio. Adherete dextre: vt in iudicio ad dexteram ei⁹ sedeatis sup̄ sedes iudicātiū: ꝛ in pūti non ꝓpria virtute: sed virtute dextere ei⁹ supbozz ꝛ sublimiū colla calcetis ꝛ p̄matis: q: dextera dñi fecit virtutē. Uultis tamē de manu dñi accipe duplicia ideſt spūalia et temporalia? Primū querite regnū dei ꝛ iusticiaz ei⁹ qđ ē dextere: ꝛ hec oīa adijcient vobis qđ ē sinistre. Primū querite regnū dei: vt sic in interioribus vestris habitet ꝛ regnet de⁹: deinde iusticiā ei⁹: vt legem ex ore vestro regrat ꝛ assumat pp̄'s: q: ex tanta gra meritoz retribuetur vobis gloria meritorū ꝛ p̄mioz quam nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in coz hoīs ascendit: quā ꝑ parauit deus diligēt⁹ se. Et ꝑter hec adijcient vobis hec tpalia: q: glorie ꝛ diuitie ī domo ei⁹. Cuius eius? Haud dubium qn iuste generatiōis de qua p̄missum ē: Benedicet rectoz benedicet. Benedicta ē ī p̄destinatiōe: benedicit in iustificatione: benedicet in glorificatiōe. Benedictio dñi sup̄ caput iusti: q: mia dñi p̄ p̄destinationē ꝛ in eternū p̄ glorificationem. Facite ergo iusticiā nō tā p̄ vestro arbitrio sed dictāte iudicio: q: iusticia ꝛ iudiciū correctio sedis eius. Si tñ feceritis iudiciū nec haberetis aliqđ dominiū iudices tñ essetis: nō iustificatores: ꝛ ideo facere iudiciū nō possetis Propter hoc qui dedit vobis iudiciuz dedit ꝛ dominium: vt predixit prophēta. Judicabūt nationes: ꝛ dominabuntur populis. Duplex est dominium p̄elatorum. Habent enim claues ecclesie quibus claudūt? claudunt ꝛ nemo aperit: aperiunt ꝛ nemo claudit: habēt ꝛ regalia: quia domini sunt vrbium ꝛ populorum earum ꝛ oppidoruz? nec solum episcopatus: sed ꝛ cōsulatus habent: vt merito eis dicatur: Quid debui vltra facere ꝛ non feci? Sed quod datum est

illis in adiutoriũ factũ ẽ illis in scãdalũ.

¶ In rogationibus de euãgelica lectione. Sermo vnicus.

xcj

QVis nostꝝ habebit amicũ: ⁊ ibit ad illũ media nocte ⁊ dicet illi: amice accõmoda mihi tres panes: quia amicus meus venit de via: ⁊ nõ habeo qđ ponã ante illũ? Quid ẽ qꝫ amicũ vnuꝫ phibet aduenisse? nec tamẽ contentus est quere panẽ vnũ? Putasne tam voracem esti mabat amicũ? vt nõ posset vni sufficere panis vnus? Nam vni quidẽ tres apponere panes: incõueniẽs omnino videtur. Puta ergo cum vxore ⁊ mancipio hominẽ aduenisse: vt suum cuiqꝫ panem apponere velit amicus. Ego quidẽ: amicum venientez ad me nõ aliũ intelligo qꝫ meipm. Nemo qpe carior mihi: nemo germanior ẽ. Ad me ergo de via venit amicus? cum transitoria deserẽs ad cor redeo: sicut scriptũ ẽ: Redite ꝓuaricatores ad cor. Beniqꝫ tunc vere sibi vnusquisqꝫ amicus ẽ: cum de via redit quoniã qui diligit iniquitatẽ odit animam suam. A die itaqꝫ conuersionis mee de via ad me venit amicus. Venit de regiõe longinqua vbi pascere porcos: ⁊ ipoꝫ siliquas insaciabiliter esurire solebat. Venit fame laborãs: cõfectus inedia: attenuatus ieiunio. Venit necesse habẽs inuenire amicuꝫ sed heu me pauperẽ eligit hospitẽ ⁊ vacuũ ingreditur habitaculum. Quid faciã amico huic misero ⁊ miserabili? Omnino eniꝫ nõ habeo quod ponam ante illum. Fateor amicus ẽ: sed ego mendicus. Quid venisti ad me amice in necessitate tãta? Non sum mẽdicus: ⁊ nõ ẽ in domo mea panis. Festina inquit discurre: suscita amicũ tuũ illum magnũ: quo maiorẽ dilectionẽ nemo habꝫ sed neqꝫ substantiã ampliorẽ. Quere: pete: pulsa: quia omnis qui querit inuenit: q petit accipit: ⁊ pulsanti aperiet. Clama ⁊ dic: Amice accõmoda mihi tres panes. Qui sunt panes isti fratres? Utinaꝫ mereamur accipere eos. Forte enim ⁊ ipos nemo scit nisi qui accipit. Credo tñ petendos nobis eẽ tres panes: veritatis: charitatis: ⁊ fortitudinis. His tribus egere me fateor: veniẽte ad me amico de via: veniẽte aũt vt dixi cuꝫ vxore ⁊ mãcipio. Deficit quippe ratio mea ipse ẽ enim vir ꝑ ignorantia veritatis? languet ⁊ volũtas ꝑ inedia affectõis: infirmat caro ꝑ inopia fortitudinis. Nam ⁊ ratio minus intelligit qꝫ agẽda sunt: ⁊ voluntas minus diligit intellecta? ⁊ adhuc etiam corpus qđ corrumpit aggrauat animaꝫ: vt nõ quecũqꝫ volumus illa faciamus. Aruit cor meũ etiã ⁊ corpus meũ: qꝫ oblitus sum comedere panẽ meuꝫ. Neqꝫ enim paterer hũc defectũ si iugiter exercitata eẽt ratio in inquisitiõe veritatis? volũtas in desiderio charitatis: caro in opatiõe virtutis. Ac cõmodaꝫ mihi amice tres panes: vt itelligã? vt diligã: vt faciã volũtatẽ tuã. Sic eni viuit? ⁊ in talibus vita spũs mei: dicẽte scriptura: Qm̃ vita in volũtate eiº.

¶ In ascẽsiõe dñica De euãgelica lectiõe. Sermo primus.

xcij

RECũbentibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus. Apparuit vere benignitas ⁊ humanitas saluatoris. Multã enim fiduciã ꝑstat qꝫ libentiº adsit orationi incũbentibº: qñ nec recũbẽtibus quidẽ dedignaꝫ adesse. Apparuit inqꝫ benignitas eiº qui cognouit figmẽtuꝫ nostruꝫ? nec dedignaꝫ necessitates nostras sed miseraꝫ: si tñ curã carnis non in desiderio facimus sed in necessitate. Qđ considerãs idẽ apls, siue manducamº ingt. siue aliquid aliud facimº: omnia in gloriã dei faciamus. Potest tñ qꝫ recũbẽtibus apparuit ad id quoqꝫ referri: qđ alibi calũniantibº iudeis aduersus discipulos nõ ieiunantes nõ possunt ingt filij sponsi lugere qꝺiu cũ illis ẽ sponsus. Sequit: Et exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ ⁊ duritiã cordis: qꝫ his q viderãt eũ resurrexisse nõ crediderũt. Audis xpm discipulos increpantem: imo qđ durius sonat etiã exprobrantẽ: nec quãdocũqꝫ. sed ea hora qua eis corporalẽ pñtiam subtractur? videri poterat magis ab increpatiõe tacere debuisse. Noli ergo idignari deceteroſi te quoqꝫ aliqñ xpi vicariº in-

crepauerit. Id enim exhibet qđ ascensur⁹ ab eis in celum suis xp̃s legitur exhibuisse discipulis. Sed quid ē fratres q̃ dicit his qui viderant eum resurrexisse nō credide rūt? aut qui fuere quoz beati oculi glorio sum resurrectiōis dñice meruerūt videre miraculum? Neq; enim resurgentē illum quisq; legitur aut creditur vidisse mortali um. Restat ergo de angelis accipiendum: quibus vtiq; resurrectiōis testimonium p hibentibus apostoloz⁹ pusillanimitas he sitauit. Iaz vo vt faciat qđ scriptum ē. Bo nitatē z disciplinā z scientiam doce me: visitationis gratiā. exprobrationis censuraz. p̃dicatiōis quoq; doctrina sequat. z dicat; Qui crediderit z baptizatus fuerit: salu⁹ erit. Sed quid ad hoc dicemus frēs? Nimia gna nimis videtur secularibus hominib⁹ i hoc verbo data fiducia? vereoz; ne dare eam incipiāt in occasionē carnis: blandien tes sibi plusq; oporteat sine operib⁹ de ba ptismo z credulitate. Ueruntamē consideremus quod sequitur: Signa aute eos qui crediderint: hec sequentur. Nec minor fortasse videbit ipsis quoq; religiosis ex hoc verbo, euenire desperatio: q̃ ex verbo prioze vane spei data secularib⁹ occasio videret. Quis enim ea que in p̃nti loco scripta sunt signa videtur habere credulitatis? sine qua nemo poterit saluari: quoniam qui nō crediderit condēnabit: z sine fide ipossibile est placere deo? Quis inq; demonia eijcit? linguis loquit. serpētes tollit? Quid ergo? Si nemo hec habet. aut ppauci nr̄is vident habere temporibus: aut nemo saluabit. aut hi soli qui his muneribus gloriant: que nō tam merita sunt q̃z iudicia meritorum: adeo vt multi dicētes. nōne in no mine tuo demonia eijcimus? z in tuo nomi ne virtutes multas fecim⁹? audire habeāt in iudicio. Nescio vos: Discite a me operarij iniquitatis. Ubi e quod ait apostol⁹ cuz de iusto iudice loqueretur: qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua? si qđ abfit querē da sunt in iudicio signa potius q̃z merita? Sunt tamē z ipa merita: signa quedaz certioza vtiq; z salubrioza. Nec difficile arbitroz nosse, quēadmodum intelligi signa p̃ sentia possint: vt sint indubitata signa credulitatis ac per hoc z salutis. Primū enim opus fidei per dilectionem operantis cordis compunctio ē: in qua sine dubio eijciū tur demonia. cum eradicantur e corde pec cata. Exinde qui in christum credunt. linguis loquuntur nouis? cum iam recedunt vetera de ore eorum: nec decetero vetusta prothoparentum lingua loquuntur. declinātium in verba malitie ad excusandas ex cusationes in peccatis. Ubi vo compuncti one cordis z oris confessione. prioza deleta sunt peccata? ne recidiuū patiantur. z sint posterioza peioza prioribus. serpētes tollāt necesse est: idest venenatas suggestiōes extinguant. Quid tamen agenduz si qua forte radix pullulat que tam velociter neque at exturpari? sed stimulat animum concupi scentia carnis? Profecto si quid mortiferū biberint non eos nocebit: quoniam iuxta saluatoris exemplum. cum gustauerint nol lent bibere: idest cum senserint nollent consentire. Sic enim nō eos nocebit: quia nul la dānatio est his qui sunt in christo iesu cō cupiscentie sensus absq; cōsensu. Quid tamen? Molesta certe z periculosa est sic corrupte z infirme affectionis lucta? sed q crediderint super egros manus imponent et bene habebunt: idest egras affectiōes operibus bonis operient. z hoc remedio curabuntur.

¶ Itē in ascēsiōe dñi. Sermo secūdus.

Solēnitas ista xciij

Discēdite.

charissimi gloriosa est. vt ita dicam gaudiosa? in qua z singularis xp̃o gloria: z nob⁹ specialis leticia exhibet. Cōsūmatio. n. z adipletio ē reliquaz solēnitatū: z felix clausula toti⁹ itinerarij filij dei. Qui. n. descēdit ipe ē z q ascēdit hodierna die sup oēs celos: vt adipleret oia. Iā. n. cū se dñz vniuersoz que sūt i terra z i mari z i iferno, pbasset? nō restabat nisi vt aeris z celoz se esse dñz: argumētis similib⁹ vel certe potioib⁹ approbaret. Terra. n. cognouit dñz? q: ad vocē vtutis ei⁹ cū clamasset magna voce lazare veni foras: mortuus reddidit. Cognouit mare q:

solidum se prebuit sub pedibus eius: ita vt apostoli putarent eū fantasma esse. Cognouit infernus: cuius ipse portas ereas & vectes ferreos cōfregit: vbi & ligauit illuz in saciabilem homicidam qui vocatur diabolus & sathanas. Profecto qui mortuos suscitauit: leprosos mundauit: cecos illuminauit: claudos firmauit: & omnes exsufflauit infirmitates: dñs omniū fuit: & eadem manu qua fecerat que defecerant reficiebat. Sic & qui in ore piscis cum ipso pisce stateré inueniri p̄dixit: patet p̄oculdubio quia maris & omniū que in mari mouent dñs fuit. Qui vero traduxit aereas potestates et affixit eas cruci sue: claret quia super infernales officinas potestaté accepit. Hic est enī qui ptransijt bene faciendo & sanando omnes oppressos a diabolo: qui stetit in loco campestri vt doceret turbas: ante p̄sidé vt alapas sustineret: toto tpe quo in terris visus est & cū hominibus conuersatus in laboribus multis. stās & opans salutem in medio terre. Ad claudendam igitur tunicam tuam inconsutilē dñe iesu. ad pficiendā fidei nostre ītegritatē: restat vt vidētib⁹ discipulis p̄ mediū aeris sicut dūs aeris ascēdas sup oēs celos. Et tunc p babit quia dominus vniuersoz tu es: quia omnia in omnibus adimplesti: & iam tibi p fecto debebit: vt in nomine tuo omne genu flectatur celestium terrestriuz & infernorum: & omnis lingua ꝓfiteat: q; tu es in gloria & in dextera patris. In hac ōrtera sunt delectationes vsq; in finē. Et ideo monet aplus. vt queramus q̄ sursum sunt. vbi xp̄s est in dextera dei sedēs: q; illic p̄fecto thesaurus noster est iesus xp̄s. in quo sunt omnes thesauri sapiētie & sciētie absconditi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tñ putatis frēs. quāt⁹ & dolor & timor irruperit aplica pectora: cū eum viderunt a se tolli & adtolli in aera. nō scalis. nō fumibus subleuatū. & angelico comitatū obsequio. eis dixerat. Quo ego vado: vos non potestis venire. Quocunq; enim terrarum isset. eum indiuisibiliter sequerētur. Dare. sicut petrus aliquādo fecit. cum eo etiam submergendi intrarent; sed hac seq nō poterāt: q; corp⁹ qđ corrūpit aggrauat animā: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Dolor ergo nimius erat: quia videbant illū p̄opter quē omnia reliquerāt a suis sensib⁹ & aspectibus tolli: vt non possent ablato a se sponso sponsi filij nō lugere. Timor quia orphani relinquebantur in medio iudeorum: nō dum confirmati virtute ex alto. Benedicens ergo eis ferebatur in celum: forte consuetis illius singularis misericordie visceribus. cum miseros suos & pauperem suam scholam relinqueret: nisi q̄ veniebat parare eis locum. & quia expediebat vt presentiam eis subtraheret corporalē. O felix. q̄ digna ista processio: ad quā nec ipsi adhuc apostoli digni fuerunt admitti: cum & animarū sanctarū & celestiū virtutū. triūphali pōpa deduct⁹ ad patré. sedet a dextris dei. Nūc vere adimpleut oīa: quia natus est inter hoīes. cum hominibus conuersatus est. ab hoīb⁹ & p̄o hoīb⁹ passus. & mortuus est: resurrexit. ascendit. sedet ad dexteraz dei. Agnosco tunicam desup contextā per totū. quā supna illa māsio claudit: vbi adimpletus est. & adimpleuit omnia dñs iesus xp̄s. Verunt̄ quid mihi et solēnitatibus istis? Quis me cōsolabit dñe iesu. q; te vidi cruce suspensum. plagis liuidū. pallidum morte: q; nō sum crucifixo compassus. obsecutus mortuo. vt saltē lachrymis loca illa vulnerū delinirē? Quomodo me dereliquisti insalutatum: cum formosius in stola tua resurgonie in alta celoz te recepisti? Prorsus renuisset consolari anima mea: nisi me angeli in voce exultatiōis preuenissent: qui & dixerunt: Viri galilei: quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmoduz vidistis eum euntem in celum. Sic inquiunt veniet. Ergone veniet quere nos. in illa tam singulari q̄z vniuersali processione? cū precedentibus omnibus angelis. subsequentibus hominibus vniuersis. descēdet iudicare viuos & mortuos? Proculdubio veniet: sz quo mō ascēdit: nō quo mō ante descēdit. Humilis enim pus venit aīas saluare: sublimis aūt veniet. cadauer istud resusci-

tare: ꝛ ꝓfigurare corpi claritatis sue: vt in firmiori huic vasculo abūdantioꝛe ipendere videat honoꝛē. Tūc enī videbit cū potestate magna ꝛ maiestate: q prius in infirmitate carnis latuerat. Intuebor ꝛ ego eū. ſz nō modo? videbo eū sed nō ꝓpenſa vt hec secūda glorificatio priori glorificationi propter excellentem gloriā manifeste preluceat. Iterū ipse assūptus est ad dexteram patris: ꝛ assistit nunc vultu dei pro nobis. Sedet aūt ad dexteraz habens in dextera miaz: in sinistra iuditiū ꝛ miam multam nimis. ꝛ iuditium multum nimis: in dextera aquā. in sinistra ignem imobiliter tenens. Et quidē coroborauit misericordiā suam sup timentes se ſm altitudinē celi a terra: vt maiores cumulos miserationū dñi sentiant. q̄z sit spaciū inter celū ꝛ terram. Propositum nāq; dei super illos manet imobile: ꝛ misericordia ab eterno et vsq; in eternum super timentes eū. Ab eterno p p̄de stinationē: in eternum p glorificationem. Similiter ꝛ in reprobis terribilis est sup filios hominū? et vtrinq; stat fixa sententia eternitatis ꝛ in his qui salui fiunt. ꝛ in his qui pereunt. Quis scit si oīuz vestrū quos hic video nomina scripta sint in celis? ꝛ in libro p̄destinationis annotata? Vocatiōis enī ꝛ iustificationis vestre. aliq̄ signa mihi video: intueri: in cōuersatione huius hūilitatis. Quanto putas gaudio replerentur omnia ossa mea: si id scire cōtingeret. Sed nescit homo vtrū dign⁹ sit amoꝛe an odio. Propterea dilectissimi pseuerate in disciplina quam suscepistis? vt per humilitatez ad sublimitatem ascendatis: quia hec via ꝛ non est alia preter ipsam. Qui aliter vadit cadit potius q̄z ascendit: quia sola est humilitas que exaltat sola que ducit ad vitam. Christus enim cum per naturam diuinitatis non haberet quo creſceret vel ascēderet quia vltra deum nihil est: per descensum quomodo creſceret inuenit? venens incarnari pati mortne mozemur in eternū? propter quod deus exaltauit illum: quia resurrexit ascendit sedet a dextris dei. Ita de tu ꝛ fac similiter. Neq; enim ascendere potes nisi descenderis: quia vt eterna lege fixum est: omnis qui se exaltat humiliabitur. ꝛ qui se humiliat exaltabit. O pernersitas? o abusio filiozum adam: quia cū ascēdere difficilimū sit. descendere autem facilimū: ipſi ꝛ leuiter ascendunt. ꝛ descendūt difficilius: parati ad honoꝛes. ad celsitudines ecclesiasticoꝛum graduum. ipsis etiam angelicis humeris formidādos. Ad sequēdum autem te domine iesu. vix inueniuntur qui vel trahi patiantur: qui velint duci per viam mandatoꝛum tuoꝛum. Alij enī trahunt qui possunt dicere. trahe me post te: alij ducuntur qui dicunt. introduxit me rex in cellaria sua? alij rapiuntur sicut apostolus raptus est ad tertium celum. Et primi quidem felices qui in patientia sua possident animas suas? secūdi feliciozes. quia ex voluntate sua ꝓfitent ei: tertij felicissimi. qui in pfundissima dei misericordia quasi quodāmodo sepulta iam arbitrij potestate in diuitias gloꝛie in spiritu ardoꝛis rapiuntur nescientes siue in coꝛpoꝛe siue extra coꝛpus hoc soluz sciētes q̄ rapti sint. Beat⁹ q̄ vbiq; te ducē hz dñe iesu. nō illū refugam spīm: qui statim ascēdere voluit. ꝛ tota diuinitas dextera pcussus est. Nos aūt populus tuus. ꝛ oues pascue tue. sequamur te p te. ad te: quia tu es via veritas ꝛ vita? via i exemplo. veritas in promisso. in premio vita. Verba enīz vite eterne habes? ꝛ cognoscimus nos ꝛ credimus: quia tu es christ⁹ filius dei viui. qui es super omnia de⁹ benedict⁹ in secula. Amē.

¶ Item in ascensione De intellectu ꝛ affectu. Sermo tertio.

Hodie celoꝛ domin⁹ celoꝛ alta celesti potētia penetrauit: et infirma carnis tanq̄z nubila quedam exutiens induit stolam gloꝛie. Eleuatus est sol ꝛ i oꝛtu suo incaluit ꝛ inualuit? dilatauit ꝛ multiplicauit radios sup terrā: nec ē q se absco dat a caloꝛe eius. Redijt ad regionē sapiētie sapiētia dei? vbi oēs bonū ꝛ intelligūt ꝛ requirūt intellectu pspicacissimi affectu paratissimi. ad audiēdā vocē sm̄onū ei⁹: nos aūt i regiōe ista sum⁹? vbi plurimū ē malitie.

xc iiij

sapientie parum? quia corpus quod corrumpitur aggrauat animaz: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantez. Per sensum hic ego arbitror intellectuz designari? quia tunc vere deprimitur cuz multa cogitat: cum non colligit se circa illaz vnam & vnicam meditationem que excipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipsum. Huiusmodi intellectum oportet deprimi & distrahi per multa: multis & multiplicibus modis. Animam vo hic existimo dici affectiones que corrupto corpore diuersis passionibus afficiunt: que mitigari nūq̄ pñt. ne dicam sanari donec voluntas vnū querat & tendat ad vnum. Duo ergo sunt que nobis purganda sunt intellectus & affectus. Intellectus vt nouerit: affectꝰ vt velit. Felices & ve felices illi duoviri helias & enoch. quibus omnes materie & occasiones ablate sunt. que eorum intellectum impediant vel affectum? quia soli deo viuentes. nec nouerunt nisi deum: nec cupiunt nisi deum. De niq̄ de enoch legitur quia raptꝰ est ne malicia mutaret intellectuz illius: aut ne fictio deciperet animaz illius. Intellectus noster turbatus erat ne dicam cecatus? affectus in quinatus & multum inquinatus: sed xps intellectuz illuminat. spiritus sanctus affectū purgat. Venit enim filius dei & tot & tanta mirabilia in mundo operatus est: vt nō immerito intellectum nostrum ab omnibꝰ mūdanis rebus euocauerit: vt semper cogitemus & nūq̄ cogitare sufficiamꝰ quia mirabilia fecit. Vere latissimos nobis ad spatiādum intelligentie campos dereliquit? & tot res cogitationum istarum profundissimꝰ est: qui non possit iuxta prophetā trāsuadari. Quis enim cogitare sufficiat qualiter rerum dñs puenerit nos: venerit ad nos sub uenerit nobis? & singularis illa maiestas voluit mori vt viueremus: seruire vt regnaremus: exulare vt repatriaremus? & vsq̄ ad seruilissima opera iclinari vt ꝓstituere nos super omnia opera sua? Talē se obtulit apostolis apostolorum dñs: vt iam non inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspicerent sed ipse facie ad faciem videret. qui omnia fecit. Et quia discipuli carnales erāt & deus spiritus est: nec bene conuenit spiritui & carni? vmbra corporis sui temperauit se eis: vt obiectu vmifice carnis viderent v̄bum in carne. solem in nube. lumen in testa cereum in laterna. Spiritus enim oris nostri xps dñs: cui diximus in vmbra tua viuemus inter gentes. In vmbra inquit iter gentes: non inter angelos vbi purissimum lumen purissimis oculis ituebimur. Unde & vtus altissimi v̄gini obūbrauit: ne nimio splendore prestricta diuinitatis fulgur etiā illa singularis aquila tollerare non posset. Ad hoc aūt carnem eis proposuit? vt omnē cogitatuz eorum ab humanis rebus ad carnem suam que & mirabilia dicebat & mirabilia faciebat adunaret: & sic de carne transferret ad spiritum? quia spiritus est deus: & eos qui adorant eū in spiritu & v̄itate oportet adorare. Non tibi videt eis intellectuz illuminasse cum aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas? ostendens quia hec oportebat xpm pati & resurgere a mortuis & ita intrare in gloriam suam? Sed illi sanctissime carni eius assuefacti? vbū de discessu eius audire non poterant: vt eos relinqret pro quo omnia reliquissent. Quare hoc? Quia intellectus illuminatꝰ erat: sed nōdū purgatus affectus. Unde & benignus mgr blande eos ac dulciter compellebat dicēs. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Sed q̄ hec locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Quid est q̄ xpo cōmorante in terris? spiritꝰ sanctꝰ ad eos venire nō pōt? An carnis illius consortiū abhorrebat? que de ipso & per ipsum in v̄gine & v̄gine matre cōcepta erat & nata? Absit. Sed vt oñderet nobis p quā ambularemus viam: formā apponeret cui imprimeremur. Et ille qdē illis plorantibus elevatus in celum spm̄ sanctū misit qui affectū eoz ideſt voluntatē mūdauit imo potius alterauit: vt iā magis velint dñm ascēdisse qué pꝰ detinuisse voluerāt. Impletū est q̄d eis p̄dixerat: vos aūt cōtristabimini sed tristitia vestra vertet in gaudiū. Sic ḡ eoz intelligētia p xpm illuminata est & voluntas emūdata p spm̄? vt sic bonum nouerint sic & velint: q̄d solū perfecta

religio vel religiosa pfectio est. Recordor nunc heliseī sancti? cui cum helyas dixisset ꝛ in discessu vel ascensu suo postularet quod vellet: respondit. Dico vt fiat spūs tuus duplex in me. At ille. Rem difficilez postulasti Attamen si videris quando tollar a te: erit qđ petisti. Nonne tibi videt helyas ascendēs dñi signare personā? heliseus vo chor apostolicum in ascensione xpi anxie suspirā tem? Sicut enīz heliseus ab helya nullo pacto auelli poterat: sic nec apostoli a xpi pre sentia poterāt separari. Vix enī eis tādē psua sit: q; sīn fide ipossibile ē placere deo. Quis ē ḡ spūs iste duplex q ḡrit? nisi illuminatio intellect⁹ ꝛ affectus purgatio res difficilis: quia rarus est in terris qui illū habere meretur. Attamen inquit si videris quando tollar a te: erit qđ petisti. Nihil est q ꝓpter hoc habeant pdere vel debeant alumni tui iesu quia videntibus illis eleuatus es in celum: ꝛ desiderantibus oculis te sequuti sūt gradiētē i mstitudine fortitudinis tue. Vel certe spīm duplicē dicē possum⁹: illō qđ saluator ad discipulos ait. Qui credit i me opa q ego facio ꝛ ipe faciet ꝛ maiora hoc faciet Nōne maiora xpo: per xpm tī fecit petrus de quo legīt quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis: vt veniente petro: saltē vmbra illius obumbraret quēq illoz ꝛ sanarē tur ab infirmitatib⁹ suis. Nusq enim vmbra sua dīs inuenīt ifirmitates sanasse. Nō dubito ego intellectum oīum vestruz q hic estis illuminatum esse: sed non affectū eque esse purgatum manifestis approbo cōiectu ris. Dés qđ bonum est nostis ꝛ viam p quā incedere: ꝛ quomodo in ea incedere debea tis sed voluntas nō vna est. Quidam enim ad oīa vie ꝛ vite huius exercitia non solum ambulant sz ꝛ currunt imo potius volāt: vt eis ꝛ vigilie breues ꝛ cibi dulces ꝛ pāni sua ues: ꝛ labores non solum tolerabiles sz ꝛ appetibiles videant. Alij aūt nō sic sed corde arido ꝛ affectione recalcitrante vix trahuntur ad hec: vix gehennali timore compellūt ꝛ Miseri ꝛ miserabiles: vtpote socij tribulationis sed consolationis non ita. Nunquid abbreuiata est manus dñi vt omnib⁹ donare non possit? qui aperit manum suam ꝛ implet omne animal benedictōe? Quid ergo in causa est? Illud omnino: quia non videt xpm cum tollitur ab eis? ideſt non cogitant quomodo eos orphanos reliquerit q; peregrini ꝛ aduene sint super terrā: q; tādiu fetulenti corporis honido carcere teneantur ꝛ non sint cum xpo. Quousmodi autē si diu ita pmanserint sub onere aut oppꝛmuntur ꝛ succumbunt: aut quodāmodo in inferno sunt: vt nūq ad plenum respirēt in luce miserationum dñi nec in libertatē spūs que sola facit iugum suaue ꝛ onus leue. Inde aūt tam pnitiosa cupiditas emanat? qm affect⁹ ideſt voluntas eorum nondum purgata ē: nec bonum sic volunt sicut nouerunt a propria concupiscentia abstracti grauiter ꝛ illecti. Amant enī in carne sua terrenas consolatiunculas siue in verbo siue i signo siue in facto siue in aliquo alio: ꝛ si hec iterrumpunt aliqñ non tamē penitus rūpūt. Inde est q; raro affectiōes suas dirigunt i deum: ꝛ eorum compunctio non continua sz horaria est. Impleri aūt visitationibus dñi aīa que his distractionibus subiacere ōn pōt? ꝛ quanto magis illis euacuabīt: tanto amplius istis implebitur? si multum multum: si parum parum. Vel forte si magis probas nunq iste illis misceri poterunt in eternū? q; vbi vasa vacua non inuenit oleū stare necesse est: nec mittūt vinū nouum nisi vtres nouos vt ambo conseruēt. Neq enī spūs ꝛ caro? ignis ꝛ tepiditas in vno domicilio cōmorāt: pstertim cū tepiditas ipsi dño soleat vomitus ꝓuocare. Si enī apli adhuc carni dñice inherentes q̄ sola scā: q; sci scōz erāt scō spū repleri nequerunt donec tolleret ab eis? tu carni tue q̄ sordidissima ē ꝛ diuersaz spurcitiaz fantasijs repleta astrict⁹ ꝛ ꝯgluti nat⁹ illū meracissimū spīm te posse putas suscipere nisi carneis istis ꝯsolatiōib⁹ fundit⁹ renūciare tēptaueris? Reuera cū icepis tristitia iplebit cor tuū: sz si pseueraueris tristitia tua cōuertet i gaudiū. Tūc. n. purgabīt affect⁹ ꝛ voluntas renouabīt vl' poti⁹ noua creabīt: vt oīa q̄ pus difficilia imo ipossibilia videbantur cum multa pcurrant dulcedine ꝛ auiditate. Emitte īgt spīm tuū ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis facié terre. Sicut per

facies exterior homo cognoscitur: sic per voluntatem demonstratur interior. Emissio ergo spiritu creatur ⁊ renouatur facies terre: terrena voluntas fit celestis: parata ad nutum nutu citius obedire. Beati qui tales sunt: quia non solum malum non sentiunt: sed in mira cordis dilatatione cōmorantur. De illis enim quos supra memoratos uimus terribiliter ait dñs. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia caro sunt id est carnales: ⁊ quicquid in eis spiritus fuerat in carnē euanuit. Quia igitur charissimi hodierna dies est in qua spūs sus aufertur a nobis: ⁊ nō sine tumultu aliquo animorum nostrorum: adhuc tamē vt mittat nobis spiritum veritatis ploremus ⁊ oremus vt dignos nos inueniat vl' potius efficiat ⁊ repleat domum istum vbi sumus sedentes: quatinus non vexatio sed vnctio eius doceat nos de omnibus: sicq; ⁊ intellectu clarificato: ⁊ affectu purificato veniat ad nos: ⁊ apud nos faciat mansionez. Et sicut serpēs moysi deuorauit omnes serpentes magorum: sic iste cum venerit absorbebit omnes carnales delectationes nostras ⁊ consolationes: ita vt de labore requiem: de tribulatione letitiaz: de contumelia gloriam habeamus: sicut illi quos repleuerat ibant gaudentes a conspectu consilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu cōtumelias pati. Spiritus enim iesu spiritus bonus: spiritus sanctus: spirit' rectus: spiritus dulcis: spiritus principalis: quicquid in hoc seculo nequaz videtur difficile ⁊ angustum: leue facit ⁊ latum: obprobriū gaudium iudicat: despectionem exaltationem esse persuadet. Scrutemur ergo iuxta prophetam vias nostras ⁊ studia nostra: leuemus corda nostra cū manib' vt solēnitate sci spūs gaudeam' ⁊ abūdāti' gaudeam' q nos inducat i oēz sic' pmisit dei fili' vitatē.

¶ Ité in ascēsione de diuersis ascēsionib'

Sermo quartus.

Natiuitatis ⁊ resurrectionis dñice digna deuotione solēnia celebram' hodiernum quoq; ascensionis diem non minus deuote conuenit celebrari. In nullo siquidem a festiuitatibus illis ista degenerat: sed finis earū ⁊ adimpletio est. ¶ De rito quidem solēnitatis ⁊ letitie dies agit: quando sol ille celestis sol iustitie nostris se presentauit obtutibus nube carnis ⁊ mortalitatis sacco fulgorem suum ⁊ lucem temperans inaccessibilem. ¶ Magna quoq; letitia ⁊ exultatio multa nimis: qñ cōscisso sacco letitia circūdatus est: factaq; de medio sacci ipsius non quidem substantia: sed vetustate: sed corruptione: sed miseria: sed vilitate nostre dedicauit primordia resurrectionis. Verūtñ quid mihi ⁊ solēnitatibus istis: si quersatio mea vsq; adhuc detinetur in terris? Quis vo vel desiderare presumeret ascensum celi: nisi quia is qui descenderat prior ascendit? Dico ego vobis nō multo mihi tolerabilior videret exilij hui' habitatio q̄z geben̄a: nisi dñs sabaoth reliquisset nob semē fiducie ⁊ expectationis: qñ eleuatus est nubibus: ⁊ spem fecit credentibus. Veniq; nisi ego abiero inquit paraclit' nō veniet ad vos. Quis paclit'? Utiq; p quē diffūdit charitas: ⁊ spes nō confūdit. Ille paraclit' p quē in cel' sit quersatio nr̄a: virtus ex alto: p quā surſuz sint corda nr̄a. Vlado ingt vob parate locū. Et si abiero: iterū veniā ⁊ assumā vos ad meipz. Ubi enī fuerit corpus: ibi congregabuntur ⁊ aquile. Videsne quemadmodum ceterarum solēnitatum ea quam hodie celebramus ⁊ consummationem habeat: ⁊ fructuz declaret: ⁊ augeat gratiaz? Sicut enī cetera oīa eius qui nobis natus est ⁊ nob datus: ita ipa quoq; ipsius ascensio propter nos facta est: ⁊ facit pro nobis. In nostra siquidez vita multa qd̄ in nobis est videmur agere casu multa necessitate: sed christus dei virtus ⁊ sapientia neutri potuit subiacere. Que enim dei virtutem necessitas cōgeret: aut quid ageret dei sapientia casu? Omnia proinde quecūq; locutus est: quecūq; operatus est: quecūq; passus est ne dubites fuisse voluntaria: plena sacramētoz: plena salutis. Nec sciētes sigd aliqñ eoz q̄ de christi sūt in sciētiā nostrā venire ꝓtingat: nō sic audiēdū ē tanq̄z si inuenticiū quippiam proferamus

sed tanꝫ id quod etiam priusꝫ causa sciretur constaret nequaquam sine causa fuisse. Sicut enī qui scribit certis rationibus cōlocat vniuersa: ita que a deo sunt: ordinata sunt: maximeꝫ ea que presens in carne est operata maiestas. Sz ve angustę cognitionī ve pauptati sciētie nostre: qui tñ ex pte cognoscimus ⁊ parte modica. Vix scintillule quedam nobis elūcent de tanta luminis copia: de lucerna posita sup cādelabrū. Sane quanto minus singuli capimus: tanto fidelius ceteris cōmunicanda sunt q̄ singulis reuelanť. Et ego frēs que mihi ad nostram edificationem de ascensione imo de ascensionibus suis donare ipse dignať: nec volo nec debeo subtrahere vobis: pīertim qꝫ hec sit spiritualiū prerogatiua bonoꝝ: vt cōicata non minuanť. Aliquibus fortassis hec nota sunt quibus sīr reuelata sunt: sed propter eos qui forte non aduertērūt subli miorībus intenti ⁊ alijs occupati: seu etiam propter eos qui minus capacis intelligentie sūt: mihi incumbit loqui q̄ sentio. Christus qui descēdit ipse est qui ascendit. Apli verba sunt hec: Ego aūt credo eum in hoc ipso qꝫ descēderit ascēdisse. Sic enī oportebat christū descendere: vt nos ascēdere doceremur. Cupidi sigdē sumus ascensionis: exaltationem cōcupiscim⁹ vniuersi. Nobiles enī creature sumus ⁊ magni cuiusdam animi: ideoꝫ altitudinem naturali appetimus desiderio. Sz ve nobis: si voluerim⁹ eū sequi q̄ ait: Sedebo in monte testamēti in laterib⁹ aquilonis. Heu miser i laterib⁹ aquilonis. Frigidus est mons ille: nō te sequimur. Protestatis habes ꝯcupiscentiam altitudinē presumis potētie. Quāti tñ vsqꝫ hodie feda sequūť infelicia qꝫ vestigia: imo vo q̄ꝫ pauci euadunt: quib⁹ nō dominandi libido dñet. Hinc est qꝫ benefici vocanť: q̄ potestatē habēt: hincqꝫ laudať peccatoꝝ in desiderijs aie sue. Potētib⁹ sigdē oēs adulanť: iuidēt oēs. Quē sequmī miseri hoies? quē sequmini? An nō videtis sathanā tanꝫ fulgur cadentē? Nōne iste est mons in quē ascēdit angelus? ⁊ diabolus fact⁹ ē? Vel illud aduerte: qꝫ post casū suū iuidia cruciāte male sollicit⁹ de supplantādo hoīe: illius tñ montis ascensum nullaten⁹ ausus ē suadere ei: in quo numirū pro inani ascensu tā īmane precipitiū cognosceret exptus. Sed nō defuit versuto hosti quid ageret. Similem ei montē alterū demōstrauit: eritis inquiens sicut dij sciētes bonū ⁊ malū. Pernicioſa etiam hec ascensio: imo ⁊ descensio magis est de hierusalē in hierico. Pessim⁹ mons inflans sciētia? in quē tñ vsqꝫ hodie tāta videas ꝯcupiscētia plurimos repere filioꝝ adā: ac si nō nouerīt q̄ntū p̄ eoꝝ i illi⁹ montis ascēsu descēderit: imo qꝫ grauiter ceciderit: q̄ntū tota deicta sit ⁊ cōquassata posteritas. Modū sanata sunt vulnera q̄ tibi in ascensu montis illius inflicta sunt: licꝫ adhuc in pīe latēres? ⁊ nunc iterū in ꝓpria psona conaris ascēdere. vt sit erroꝝ nouissimus peioꝝ priore? Quenā miseria tā dira libido? Filij hominuꝫ vsqꝫquo graui corde? vt qd diligitis vanitatē: ⁊ queritis mēdaciū? An ignoratis qm̄ infirma mūdi elegit de⁹: vt cōfundat fortia? ⁊ q̄ stulta sunt mundi elegit deus: vt cōfundat sapiētes? Non nos diuine cōminationis terroꝝ reuocat: pdituri sapientiā sapientiū: ⁊ prudentiā prudentiū reprobaturi? nō patris exemplū: nō deniqꝫ sensus ipse nr̄: ⁊ dure experientia necessitatis: cui sumus addicti per insipientē sciētie appetitū? Ecce vobis frēs montē demōstramus alterū: nō in quē ascēdatis: sz quem fugiatis. Ipse est in quē ascēdebat q̄ voluit eē sicut deus sciens bonū ⁊ malus? ipse quē vsqꝫ hodie filij eius accumulant ⁊ eleuant: nihil videris que agenda sunt vt conualescat ad agenda que videris ascende tu ad orationem: ora instanter: ora perseuerāter: sicut ille pernoctabat in oratiōe: ⁊ dabit pater bonus spiritum bonum petēti se. Et vide qꝫ vtiliter orationis tempore etiam corporalis loci secretum querimus? quando h̄ ille non solum docuit verbo: intra inquies in cubiculum tuum: ⁊ clauso hostio ora patrem tuum: sed ⁊ commendauit exemplo: ne domesticoꝝ quē quā admitteres: sed solus ascēderes ad oꝛonē. Putas poterim⁹ aliqd ampli⁹ de ascēsionib⁹ eius inuenire? Potim⁹ vtiqꝫ. Volo enī vt nec iuuēti ipsi⁹ sis īmemor: sup qō legiť ascēdisse. Volo vt

ne ipsam cruci⁹ ascensionē omittas. Mā ⁊ in illa exaltari oportebat filiū hominis Et ego inquit si exaltatus fuero a terra: omnia trahā ad meipsū. Itaq; cū iam ⁊ cognitio suppetit et velle adiacet quid agis q; perficere bonum non inuenis? sz asinum quidam ⁊ bestiales motus legem contrariam habent ⁊ captiuare te volūt? Quid inq; facies super concupiscentijs irratōabilibus? que sunt in mēbris tuis? Urget te etiam cum ieiunare ꝓsentis gule illecebra: cuz vigilare proponis somno lētia te premit. Quid facim⁹ huic asino? Asininum enim istud est cōmune cū asinis: quia comparatus es iumentis insipientibus ⁊ similis factus es illis. Ascende domine super asinum istum: conculca bestiales hos motus: quia domari debent ne dominari prevaleant. Nisi enim calcati fuerint conculcabunt nos: nisi premantur opriment nos. Propterea sequere aīa mea ⁊ in hac ascensione xp̄m dominum: vt sub te sit appetitus tuus ⁊ tu domineris illius. Nam vt in celum ascendas prius necesse est eleuare te super te: calcā do carnalia desideria que in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem in crucem exaltatum a terra: vt nō solum super te sed ⁊ super omnem quoq; mundum mentis fastigio collocēris: vniuersa q̄ in terris sunt deorsum aspiciens ⁊ despicēs sicut scriptum est. Cernet terram de longe Nulla te mundi oblectamenta inclinent: nulle aduersitates deijciant. Absit tibi gloriari nisi in cruce domini tui iesu xp̄i p quē tibi mundus crucifixus est vt que mūdus appetit crucem reputes: ⁊ tu crucifix⁹ mūdo illis que mundus crucem reputat toto inhērēs amore. Jam vō quid ex hoc restat? nisi vt ad illum ascendas qui est super oīa deus benedictus in secula? Dissolui iam ⁊ cum christo eē multo magis optimū. Beatus vir cuius ē auxilium abs te ait ꝓpheta ad dominū ascensiones in corde suo disposuit: ibit de virtute in virtutez vsq; ad vidēdum deum deorum in syon. Hec est vltima ascensio: in qua implentur omnia sicut ait apostolus. Christus qui descendit ipse est et qui ascēdit super omnes celos: vt adimpleret omnia. Sed de illa ascensione quid dicam? Quo ascendemus? vt vbi christus est ⁊ nos simus. Quid ibi erit? Oculus non vidit deus absq; te: que preparasti diligentibus te. Desideremus hanc fratres mei: suspiremus ad eam iugiter: eo magis affect⁹ vigeat quo deficit intellectus. xcvi

¶ Item vnde supra de triplici virtute. Sermo. gntus.

TRiplicem in nobis ecclesia primitiua virtutez lucas sanct⁹ breui sermone cōmendat vbi post dominicam ascensionem vnanimiter eos in oratione p̄seuerasse describit: expectantes celestem cōsolationem cuius acceperāt repromissionez Laudabili siquidem magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus: minime tamen dubitaus qm̄ illi cura esset de eis sz paternam p̄o eis gereret sollicitudinem deuotis pulsabat supplicationibus celum: certus q; penetrarent illud iustorum oratiōes nec pauperum preces spernerentur a dño aut sine copiosa benedictione redirent. Sz nec sine longanimitate persistebant indeficientes iuxta propheticum illud: si moram fecerit expecta eum quia veniet ⁊ non tardabit. Porro vnanimitas quidem legitur euidenter expressa: q; hec sola diuini spirit⁹ carissimata mereatur. Neq; enim est deus discensionis sed pacis: neq; habitare facit nisi vnius moris in domo. Jure igitur preparationem cordis eorum audiuit auris diuina: nec ab expectatione sua confudit eos qui ⁊ magnanimes ⁊ longanimes ⁊ vnanimes essent. Certissima nāq; hec testimonia sunt fidei spei ⁊ charitatis. Et quidem euidenter spes longanimitatem: vnanimitatē charitas operatur. Nunquid fides quoq; magnanimum facit? Et sola. Quicqd enim sine fide p̄sumit: non illa animi solida magnitudo sed ventosa quedam inflatio ⁊ timor inanis. Vis audire magnanimē virū? Omnia inquit possum in eo qui me confortat. Imitemur triplicem hanc preparatōez fratres: si desideram⁹ supereffluentem men

suram spiritus obtinere. Omnibus enī p̄ter xp̄m ad mensuram datur spiritus: sed mēsure cumulus sup̄ere effluētis videt quodāmodo excessisse mensuram. Euidēs fuit magnanimitas in conuersione nostra: sit ēt in consūmatiōe longanimitas: sit vnanimitas in conuersatione. Huiusmodi siquidē animabus celestis illa hierusalez desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitudo desit in susc̄ipiendo onere xp̄i: nec longitudo spei in persistendo: nec charitatis inuncta ra quod est vinculum perfectionis.

xc vij

C Ité vſ̄ supra de v̄bis Isaie. Sermo. vj.

Hodie sedenti in throno antiquo diez cōsessus pariter oblatus est filius hois z erit deinceps non mō germē dñi in magnificentia z gloria sed z fructus terre sublimis. Felix īmo z amplectenduz ineffabilibus gaudijs sacramentum. Idez enim z germē dñi z fructus terre: idezipe dei filius z fructus ventris marie est. Idez filius dauid z dñs: de quo hodie gaudium eius impletum est vnde olim p̄cinens aiebat. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Quomodo enī nō dñs: germē dñi? Idē tñ z filius eius: vtpote fructus terre sublimis fructus virge que de radice iesse p̄cessit. Hodie igit̄ suū hunc z hois filiuz apud semetipsum pater clarificat: claritate quā habuit p̄usq̄ mundus fieret apud ipsum. Hodie veritatē que de terra est orta celum sibi redditam gloriatur. Hodie sponsus aufertur a filijs: z lugendum eis est sicut ipse p̄dixit. Non enī poterāt filij spōsi lugere donec sponsus cum eis erat: sed venit dies vt auferat ab eis vt decetero lugeant z ieiunent. Ubi illō petre qō dixeras? dñe bonū est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. Ecce enim ingressus est amplius z pfectius tabernaculuz nō manufactū: idest nō huius creationis. Quomodo g̃ iam bonuz est nos hic esse? Immo vo molestū est graue est: periculosum est. Mimirum vbi malicie plurimū: sapientie modicum: si tñ vl'modicum inuenit̄. Ubi viscosa oia: oia lubrica opta tenebris: obsessa laqueis pcōz. Ubi piclitant aie? vbi spūs affligit̄ sub sole: vbi tñ vanitas est z afflictio spūs. Leuem⁹ igit̄ frēs mei leuemus in celū corda nr̄a cū manibus: z ascendentem dñm sequi velut q̄busdam passibus deuotionis z fidei p̄tēdamus. Erit enim cum sine mora sine difficultate obuiam illi in nubibus rapiemur: z id poterunt corpora spiritalia qō merito interim nequeunt spūs aiales. Hūc enim quātis conatibus corda necesse est leuare? que quidem vt miserabiliter satis in libro p̄pe experientie legimus et corruptio corporis aggrauat z terrena inhabitatio deprimit. At forte tradendū est qd sit leuare cor: aut quēadmodum illud oporteat eleuari. Sed tradenduz sane ab apostolo: q̄ a nobis. Si consurrexistis cum xp̄o que sursum sunt q̄rite vbi xp̄s est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terrā. Ac si manifestius dicat. Si cōsurrexistis z coascendite: si conuiuitis z cōregnate. Sequamur fratres sequamur agnum: quocunq̄ ierit. Sequamur patientem? sequamur resurgentez: sequamur multo libentius ascendentem. Crucifigat̄ vetus homo nr̄ simul cum eo vt destruat̄ corpus peccati vt vltra non seruiamus peccato? mortificatis nimirum membris vr̄is que sunt sup̄ terrā: s̄z et quomō ipe resurrexit a mortuis p gliaz patris ita z nos in nouitate vite ambulemus. In hoc enī mortuus est z resurrexit: vt peccatis mortui iustitie viuam⁹. Letex qm̄ vite nouitas locū exigit tutiorē z resurrectionis dignitas altiorē expetit gradum: sequamur etiā ascendentē q̄rere videlz z sapere que sursum sunt vbi ē ille: nō que sup̄ terrā. Queris quis ille sit locus? Apostolū audi. Que sursum est inquit hierlm libera ē: q̄ ē mater nr̄a. Uis scire quenā ibi sint? Uisio pacis ē. Lauda hierlm dñm lauda deū tuū syon: q posuit fines tuos pacē. O pax q̄ exuperas oēm sensum! o pax ēt sup̄ pacē: o mensura sup̄ mēsuraz p̄ferta z coagitata z sup̄efluēs. Lōpatere igit̄ xp̄o aīa xp̄iana? p̄resurge z coalcēde: qō ē declina a malo z fac bonū ingre pacē z psequē eā. Sic nimiz paulus in actibus ap̄lōz de p̄tinentia z iustitia z spe vite eterne memorat̄ docuisse discipu-

los: sic veritas ipsa monet in euāgelio lum
bos precingere: lucernas accēdere: ⁊ dein-
ceps hominib⁹ expectantib⁹ dñm suū simi
les inueniri. Ceterū gemina quedā si bene
aduertistis ascensio nobis ab apostolo com
mendatur: in eo q̄ ⁊ querere ⁊ sapere mo-
nuit non infima sed superna. Quā fortasse
distinctionem ne ipse quoq; propheta pre-
terisse omnio videbit dicens: Inquire pa-
cem ⁊ persequere eam: vt hoc sit pacem se-
quendam querere: persequi inquisitaz: qđ
est sapienda querere: quesita sapere: q̄ sur-
sum sunt: nō que super terram. Nimirum
donec diuisa sunt corda nostra: ⁊ multos in
terim fin⁹ inueniunt habere: nec sibi oino
coherere vident vel particulatim ea ⁊ mē-
bratim quodāmodo leuare necesse est: vt i
superna illa hierusalem colligantur cuius
participatio eius in idipsum: vbi nō tm̄ sin
guli: sed ⁊ omnes pariter incipiant habita-
re fratres in vnū: non modo. s. non diuisi i
metipsis: sed nec inter seipsos. Ecce enī vt
tanq̄ p̄ncipalia cordis ipsius mēbra distin-
guam: nonne intellectus in nobis est ⁊ affe
ctus: ⁊ bi quoq; sepius sibiinuicem aduer-
santes ait alter sūma petere alter infima vi
deatur? Quantus vo hic dolor: q̄ grauis
anime cruciatus: dum sic distrahitur: sic di
laceratur: sic abrumpit a seipsa vel ex ea sal
tem quam omnib⁹ experiri in promptu est.
corporis scissione conjciat si quis in suo spi
ritu animaduertere pernicioſa ⁊ periculo-
sa insensibilitate neglexit. Distrahunt ho-
minū crura ⁊ lōgioris obice ligni remouē-
tur ab inuicē pedes: ⁊ dū adhuc cutis inte
gra manet: quis tñ ille est cruciat⁹? Sic sic
affligi plāgimus miseros: qui corporaliter
inter nos cōuersantes illuminati forte silr
sed dissimiliter inueniuntur affecti. Intel-
ligūt pariter bona q̄ faciant: sed nō pariter
diligunt intellecta. Nam de ignorantia fra
tres quenā excusatio nobis? quib⁹ nunq̄
doctria celestis: nunq̄ diuina lectio: nunq̄
spiritualis eruditio deest? Quecunq; sunt
vera: quecūq; pudica: quecūq; iusta: que-
cūq; amabilia: quecūq; bone fame: si q̄ vir-
tus: si qua laus discipline hec discitis ⁊ ac-
cipitis: hec auditis pariter ⁊ videtis in exē
plis videlicet ⁊ verbis eorū qui inter vos
sunt perfecti: quoz ⁊ exhortatio ⁊ conuer-
satio plenius erudit vniuersos. Ultimā aūt
hec vt intellectū admonēt moueant ⁊ affe-
ctum: ne sit intus amarissima contradictio
⁊ diuisio molestissima: dum hinc quidē sur
sum trahimur: sed retrahimur inde deo: sū
Mimirum aduertere potes in omnibus fe
re religiosis congregationib⁹ viros repleto
consolatione: superabūdantes gaudio
iocundos semper ⁊ hilares: feruentes spi-
ritu: die ac nocte meditantes in lege dei:
crebro suspicientes in celū: ⁊ puras manus
in oratione leuantes: sollicitos obseruato-
res conscientie: ⁊ deuotos sectatores bono
rum operum: quibus amabilis disciplina
dulce ieiuniū: vigilie breues: labor manuū
delectabilis: ⁊ vniuersa deniq; cōuersatio-
nis huius austeritas refrigerium videat.
Contra sane inuenire est homines pusilla-
nimes ⁊ remissos deficiētes sub onere: virga
⁊ calcaribus indigentes: quorum remis
sa letitia pusillanimis tristitia est: quorum
breuis ⁊ rara compūctio: animalis cogita-
tio: tepida conuersatio: quorum obediētia
sine deuotione: sermo sine circumspectiōe:
oratio sine cordis intentione lectio sine edi
ficatione: quos deniq; vt videmus vix ge-
henne metus inhibet: vix pudor cohibet:
vix frenat ratio: vix disciplina coercet. Nū
tibi horum vita inferno penitus appropin-
quare videtur: dum intellectu affectui ⁊ af
fectu intellectui repugnante necesse habēt
mittē manū ad opera fortiū: q cibo fortiuz
minime sustētant socij plane tribulationis
sed non consolationis? Exurgam⁹ obsecro
quicūq; eusinodi sumus: reſarciamus ani
mas spiritū recolligamus abij. ientes per-
niciosam tepiditatem: etsi non quia pericu
losa est: ⁊ deo solet vt interdum miserabi-
liter plangimus etiā vomitū puocare: certe
q: molestissima plena miserie ⁊ doloris: ⁊ i-
ferno plane prima vmbra mortis iure cen-
setur. Si querimus que sursum sunt: etiam
sapere ⁊ prelibare interim studeamus. Fo-
te enī poterit intellectui ⁊ affectui nō incō
ueniēter aptari quod ⁊ querere que sursū
sunt ⁊ sapere admonemur: vt in principali
bus quemadmodum supradictum est mē-
bris suis corda nostra manibus quibusdaz

pij conatus exercitij spiritualis leuare studeamus ad deuz. Omnes enim forsan que sursum sunt querimus intellectu fidei ⁊ iudicio rationis: sed nō eque forsitan sapiūt omnes que sūt sursum: ⁊ tanq̄ inescati his que sunt super terram. Violento quodam preiudicio affectionis. Unde enim ea quā pauloante ostendimus animoꝝ diuersitas tanta: disparilitas studioꝝ: quersationū dissimilitudo? Uñ spūalis gratie inopia tāta quibusdā: cum alijs copia tanta exuberet? Profecto nec auar⁹ nec inops est gr̄e distributor: sed vbi vacua vasa desint stare oleū necesse est. Undiq̄ sese ingerit amor mundi cum consolationib⁹ imo desolationibus suis: obseruat aditus: per fenestras irruit: mentem occupat: sed nō eius qui dixit: Renuit consolari anima mea: memor fui dei ⁊ delectatus sum. Preoccupatum nempe secularibus desiderijs animū delectatio sancta declinat: nec misceri poterunt vera vanis: eterna caducis: spiritualia corporalib⁹ summa imis.: vt pariter sapias que sursum sunt ⁊ que super terram. Felices nimirū viri illi: p quos dñica legit ascensio prefignata: enoch raptus: ⁊⁊ translatus helias. Felices plane! qui soli iam deo viuunt soli: vacant intelligendo: diligēdo: fruēdo. Neq̄ enim corpa que corrumpantur illas aggrauant animas: aut terrena inhabitatio sensus eorum tanq̄ multa cogitātes deprimit qui cum deo ambulasse noscuntur. Factū ē impedimentum de medio: occasio vniuersa sublata: materies nulla relicta est: q̄ eoꝝ affectuz aggrauet: vel deprimat intellectū. Nam ⁊ priorem ad hoc raptū scriptura cōmemorat: ne forte vincat malitia sapientiā ⁊ intellect⁹ eius vel anima vltra decipi valeat vel mutari. Nobis autē vnde in his tenebris veritas? vnde charitas in hoc seculo nequā in hoc mundo: qui positus est in maligno? Putas erit qui intellectum illuminet: qui inflāmet affectum. Erit vtiq̄ si conuertamur ad christum: vt velamen de cordibus auferatur. Hic est enī de quo scriptum est: Habitantibus in regione vmbre mortis: lux est orta eis. Siqdē prioris ignorantie tempora despiciēs deus annūciauit hominibus: vt omnes vbiq̄ agerent penitentiam: sm q⁹ Paulus athenienſibus tradit. Memento etenim dei verbum ⁊ sapiētiam incarnatam: cuius vtiq̄ opus erat toto illo tempore quo videri in terris ⁊ inter homines cōuersari dignata est ineffabilis illa virtus: illa gloria: illa maiestas: illuminare oculos cordis: ⁊ suadere fidem hoib⁹ predicatione pariter ⁊ ostensione signoꝝ. Deniq̄ spūs dñi ait sup me: ad euāgelizandum pauperibus misit me. Et aplis loquebatur. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehēdant. Nec modo ante passionem: sed ⁊ post resurrectionē in multis argumētis per dies quadraginta apparens eis ⁊ loquens de regno dei qñ ⁊ sensum eis vt scripturas intelligerēt legit aperuisse: intellectū potius informabat q̄z purgabat affectum. Qñ enim ad spiritualia affici possent animales? Immo vo nec ipsam quidem meram lucem poterāt aliquatenꝰ sustinere: sed exhiberi illis oportuit verbū in carne: solem in nube: lumen in testa: mel in cera: cereum in laterna. Spirit⁹ ante faciem illoꝝ christus dñs: sed non vtiq̄ sine vmbra in qua viuerent interim inter gentes. Unde ⁊ virgini legitur obumbrasse: ne vehemētiori reuerberata splendore ad candidissimaz illam lucem purissimūq̄ fulgorem diuinitatis etiā illi⁹ aquile posset acies hebetari. Minime tamē vel nubes ipsa leuis esse potuit ociosa: sed ea quoq̄ vsus est in salutez: ⁊ discipuloꝝ animos qui nec ad fidei intellectum sine aliqua mutatione affectus poterant promoueri: nec assurgere ad huc ad spiritualia prevalebāt in sue carnis pronocauit affectum: vt amore quodaz humano operāti mira loquenti homini adherent: amore vtiq̄ carnali adhuc: sed tam valido vt ceteris omnibus prevaleret. Nimirum hic erat illemoysi serpens: qui serpentes magoū egypti omnes pariter deuorauit. Deniq̄ ecce nos inquiūt reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. Beati siquidem oculi qui videbāt dñm maiestatis in carne presentez: auctorē vniuersitatis inter homines conuersantē: virtutibus coruscā-

tem: infirmos curantem: maria calcantem mortuos suscitantē: demonijs imperantē: et potestatē similem hoib⁹ conferentē: mitē ⁊ humilem corde: benignū: affabilem: misericordie viscerib⁹ affluentē: agnū dei pctā nō habentē. Beate aures q̄ verba vite ab ipsius incarnati verbi ore pcipere merebāt: quib⁹ enarrabat vnigenit⁹ q est in sinu patris: ⁊ nota faciebat quecūq audisset a p̄re: vt fluenta doctrine celestis ab ipsi⁹ veritatis purissimo fonte hauirēt vniuersis postmodum gentibus propinānda imo eructuanda potarēt. Quid mirū frēs si implebat tristitia cor eor cum ab eis sese pnūciaret iturū: ⁊ adderet: quo ego vado vos nō potestis venire modo? Quid ni concuterētur viscera: turbaret affectus: hesitaret animus: hereret vultus: paueret auditus: nec omnino equanimiter discessionis eius sermo possz admitti: vt relinqueret eos p⁹ q̄ omnia reliquissent? Ceterū nō vt maneret in carne: sed vt transferet ad spiritū totus ab eo in illam carnē discipulorū fuerat collectus affectus: vt dicere esset aliqñ etsi cognouimus christum sm carnē: sed nūc iam nouimus. Unde ⁊ benignissim⁹ ille magister blandis eos refouēs consolationibus ait: Rogabo patrē meū ⁊ alium paraclitu dabit vobis spiritū veritatis: qui vobiscū maneat in eternū. Et itē Ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Nisi enī ego abiero: paraclitus nō veniet. Grande mysterium fratres mei. Quid enim sibi vult: nisi ego abiero paraclitus nō veniet? Ita ne luisa paraclito p̄sentia christi erat aut contuberniū dñice carnis spūssanctus horrebat: que sicut angelo p̄nūciante cognouimus: ne concipi quidē nisi eo supueniēte potuerit? Quid ē ergo: nisi ego abiero paraclitus nō veniet: nisi carnis p̄sentia vestris subtrahatur aspectib⁹ spiritualis gratie plenitudine occupata mens non admitti: non recipit animus: non capit affectus? Quid vobis videt fratres? Si hec ita sunt immo quia ita sunt audeatquis de cetero fantasticis quibusdam illecebris deditus sectans lenocinia carnis sue: carnis vtiq; peccatrici genite i pctis: assuete pctis i q̄ deniq; bonū ē illū pariter expectare paraclitum? Audeat inquā qui huic sterquilinio semper inheret qui carnem fouet: in carne seminat: carnē sapit: illam nihilominus consolationē superne visitationis: torrentem voluptatis illum illam sperare gratiam spiritus vehemētis: quam vt veritas ipsa testatur ne cum ipsa quidem verbi carne percipere vllatenus apostoli potuerūt? Errat omnino: siquis celestem illam dulcedinem huic cineri: diuinum illud balsamū huic veneno: charismata illa spirit⁹ misceri posse huiusmodi illecebris arbitrat. Falleris thoma sancte falleris: si videre dñm speras ab apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos: non ei diuersoria placent: in medio stat: disciplina communi cōmuni vita: cōmunibus studijs delectat. Ulsq; quo miser diuerticula captas: et consolationes p⁹prie voluntatis tanto labore queris: tanto labore mendicas? Et quid facio inquis? Eijce ancillam ⁊ filium eius. Non enim erit heres filius ancille cū filio libere. Nulla vt dictum est conuentio veritati ⁊ vanitati: luci ⁊ tenebris: spiritui ⁊ carni: igni ⁊ tepiditati. Sed dum illa moratur inquies: sine aliqua consolatione esse non possum. Immo vo si moram fecerit expecta eā: quia veniet ⁊ non tardabit. Apostoli decem dies in hac expectatione sederunt: perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus ⁊ maria matre iesu. Et tu igitur orare disce: disce querere: petere: pulsare donec inuenias: donec accipias: donec aperiatur tibi. Nouit dominus figmētum tuum: fidelis est: non te patietur tentari supra q̄ possis. Confide in ipso: q si fideliter expectaueris: nec diem decimū expectabis. Ueneniet certe in benedictionib⁹ dulcedinis desolatam animam ⁊ orantem: vt feliciter ⁊ non ad insipientiam tibi consolari rēnuens in ipsius memoria delecteris: inebriatus ab vbertate domus eius: ⁊ torrente voluptatis eius potatus. Sic nimirum ⁊ heliseus quondā orasse legitur: cum dulcissimum illud solatium helie p⁹sentiā sibi plangeret subtrahendam. Sed considerā diligētius quid orauerit: quidue re-

ponsum sit postulanti. Ozo inqu ꝛt dñe: vt fiat spūs tuus duplex in me. Numirū duplicari ei spm̄ oportebat: vt magistri abeuntis absentiam gra duplicata suppleret. Unde ⁊ helias ad eū si videris inqt qsi tollar a te fiet quod petisti. Duplicaut enī spm̄ visio abeuntis? cum euidenter raptus in celum vniuersa pariter eius desideria secum tulit vt inciperet ipse quoqz iam sapere q̄ sursuz sunt: non q̄ sup terrā. Duplicaut spm̄ visio abeuntis: vt intellectui spūali spiritalis iungerek affectus: cum ipa vtiqz cui potissimū inherebat carne raptus in celū: qđ euidentius in aplis inuenīt impletū. Ubi enim videntib⁹ illis suus ille ihesus tā manifeste eleuatus est ⁊ ferebat in celū: vt nemo eorum opus haberet interrogare quo vadis: ipsa iam vt ita dixerim oculata fide edocti sunt supplices in celū leuare oculos: puras tendere man⁹ ꝓmissa sibi dona charismatum postulantes: donec fieret repēte de celo sonus aduenientis spūs vehemētis. Aduenīētis vtiqz ignis quem dñs ihesus mittebat in terrā: volens vehemēter accēdi. Constat si quidē eos ⁊ vtius spiritū accepisse: cum videlicet insufflauit ⁊ dixit eis: accipite spm̄ sanctū: sed spiritū plane fidei ⁊ intelligētie non feruoris: quo magis illuminarek ratio q̄z inflāmarek affectio dum duplicati vtiqz spūs opus fuit. Quos enī verbū patris disciplinam ⁊ sapientiā ante docuerat ⁊ intellectu adimpleuerat corda eoꝝ: aduenies vtiqz postmoduz ignis diuinus ⁊ inuenīēs iam receptacula munda infudit vberi⁹ dona charismatum: ⁊ in spiritualem omnino mutauit amorem: vt accēsa in eis charitas fortis vt mors iam non modo fores: sed ne ipsa quidem ora propter metum iudeorum clandere dignarentur. Cui nos gratie pro nostre exiguitatis modulo ꝓparantes: exinanire per omnia nosmetipsos: ⁊ a delectationibus miseris atqz caducis consolationibus euacuare studeam⁹ dilectissimi corda nostra: maximeqz instante nunc die festo ⁊ feruentius ⁊ fiducialius vnanimiter perseueremus in oratione? vt sua nos visitatione: sua cōsolatione ⁊ confirmatione dignetur spiritus ille benignus: spirit⁹ dulcis: spiritus fortis: infirmā roborans: aspera planans: corda purificans: qui cum patre ⁊ filio idipsum: sed non ipse est: vt tres vnum ⁊ vnum esse tres verissime prorsus ⁊ fidelissime catholica ecclesia fateatur: a patre adoptata: a filio desponsata: a spiritu cōfirmata: quibus vt vna substantia: sic ⁊ eadē nihilomin⁹ glia in secula seculoꝝ Amē.

¶ In die sancto penthecostes de manifestatione sancti spiritus: ⁊ quid operatur in nobis. Sermo primus.



Celebramus dixe

lectissimi hodie spūs sancti solēnitatē tota cū iocūditate celebrandam: dignā omni deuotione. Dulcissimuz enī quiddā in deo spūs sanctus est benignitas dei. ⁊ idemipse de⁹. Proinde si celebramus scōz solēnia? q̄nto magis eius a quo habuerūt vt sancti essent quotquot fuere sancti? Si veneramur sanctificatos? quanto magis ipsum sanctificatorē cōuenit honorari? Hodie itaqz festiuitas est spūs sancti: qua visibiliter apparuit inuisibilis: sicut ⁊ filius cū sit nihilominus inuisibilis in seipso: dignatus est exhibere se in carne visibilem. Hodie spūs cūs reuelat nobis aliqd de seipso: sicut ante de pie ⁊ filio aliqd noueram⁹. Nā pfecta trinitatis cognitio vita eterna est. Nūc autē ex parte cognoscim⁹: reliq̄ credim⁹ q̄ minime sufficimus comprehendere. Et de patre quidē noui creationē: clamāt⁹ creaturis: ipse fecit nos. ⁊ nō ipsi nos. Inuisibilia enī dei a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta ꝓspiciunt. Alt vō eternitatē ⁊ immutabilitatē ipsius comprehēdere multū est ad me: lucē habitat inaccessibilē. De filio autē magnū aliquid noui eius gra: s. incarnatione. Nā generatione eius qs enarrabit? Quis comprehendat equalem genitū genitor? Jam et de spiritu sancto si non ꝓcessionē q̄ ex patre filioq̄ procedit: illa enim mirabil facta est scientia ex me confortata est ⁊ non potero ad eam: noui tamen aliquid videlicet inspirationem. Duo enim sunt: vnde procedat ⁊ quo. Processio a patre ⁊ filio, posuit tenebras latibulum suum: sed processio

vj Sancti isti quorum solennis passio hodie celebratur: multa nobis de se loquendi cam: multa quoq; materiam prebuere. Uerum ego vnum timeo: ne toties audita verba salutis: vilescẽ vobis incipiant tanq; verba. Uilis siquidẽ & volatilis res verbum hominis: nulli⁹ more: nullius ponderis: nullius precij: nullius solliditatis. Aerem verberat: vnde & verbũ dicitur: & sicut folium quod vento rapitur efflunt: & non est qui consideret. Memo vestrum fratres sic accipiat: immo nemo sic despiciat vbuz dei. Dico enĩ vobis: meli⁹ ei fuisse si nõ audisset hõ ille. Et fruct⁹ vite sũt vba dei: nõ folia: & si folia: sz aurea sunt. Proinde non pupendantur: non pertranseant: non preteruolent: ipsa quoq; colligite fragmenta ne pereant. Terra enim que sepius superuenientem susceperit imbrem: & nõ fecit fructum: terra reproba ẽ: & maledictõi p xima. Sic & ea que in euãgelio sterilis ficulnea legitur: si postea q̃z fodit circa eam vinee cultor: & miserit stercora nubilemin⁹ sterilis inuenta fuerit: nonne iam securis ad radicem illius arboris est ponẽda? Et ego dico vobis: si minus bonis: & secularibus in uenerit maiorem in eis dominus habitur⁹ est patientiam q̃z in nobis: quibus consolationum pluuiam voluntariam segregauit? quibus non sarculus discipline: non paupertatis & vilitatis stercora defuére. An nõ stercora sunt abbominationes egyptioz? quas immolamus deo nostro? Stercora plane vilia ad aspectum: sed ad fructum vtilia. Nõ refugiat hanc feditatem: qui fecunditatez desiderat. Siquidem ex deformi stercoruz aceruo qui portatur i agrum: formosius surget aceruus manipulorum qui reportabitur ex agro. Propterea non vilescat vobis vilitas preciosa: sed precioſius cunctis thesauris egypti christi improperium estimate. Uerumtamen terrenum habentibus sterquilinum ipsa quoq; celestis non deest pluuia: que est oratiorum deuotio iocunda. ruminatio psalmodie. dulcis meditatio consolatio scripturarum. Denicz & hec pluuia est quam acceptis per os meum: si quando de fluuine cuius impetus letificat ciuitatem dei & torrente voluptatis illius aliqua super vos dũ de eis loquimur stillicidia stillare contigerit. Sed necesse habeo interdũ circunfodere: quando quidem pcfuerunt me custodem & cultorem in vineis. Neq; meam non colui nec custodiui: necesse hẽo tamen dum hunc occupo locum & circunfodere non nunq̃z & apponere stercora. Molestũ id quidem sed dissimulare non audeo sciens multo amplius securum nocituram q̃z sarculum: ignem q̃z fimum. Itaq; et arguere & increpare interdum necesse est: nec ignoro fimum esse verbum increpatorium: verbum amatorium verbum in properij? quod si non excuset necessitas: ipsuz quoq; minus deceat proferentem. Sed quid agimus q; hoc fimo & si aliquis impinguari. sz alios tamen & lapidari & indurari videm⁹? Nunc nãq; scriptum est. De stercore boum lapidatus est piger. An non impinguatur? quia increpatus benigne suscepit. mansuete respondet. libenter emendare conatur. Nec plane salubris & fecunda impinguatio est: vt corripiat me iustus in misericordia et increpet: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ex ea scilicet pingue dine. qua generatur oleum peccatoris abũdãtius pullulãt spine & tribuli: & omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaq; qui increpationem iustorum misericordiam nominat. satis indicat quẽadmodum suscipienda sit: q̃z benigno animo. q̃z deuota mente. quanta ei gratia sit habenda. Sic enim accipientibus nobis erit impinguatio salubris. non fertilis vitiorum. quẽadmodum oleum peccatoris sed fructus illi⁹ quem fm apostolum habemus in sanctificatione. Quid autem facimus o piger? qui ad hanc misericordiam irritaris magis et exasperaris? Nonne bonum fimum sparsi in agro tuo? Unde ergo lapides habet? Sz tu inimice homo qui diligis iniquitatem. odis animam tuam: tu inq̃z inimice homo hoc feciſti: qui desidiam tuam nõ excutere sed excusare pgens fimũ tibi vtiq; i lapides:

⁊ vnde impinguari debueras lapidaris. Nec idcirco dicta sunt fratres vt noueritis q̄z benigne audiendum sit q̄z deuote suscipiendum q̄z sollicite obseruandum quicqd ad aiaꝝ salutem pertinet? ⁊ non sicut v̄bum hominum sed sicut vere est verbū dei: siue illud consolatorium: siue cōmonitoriū: siue etiam increpatorium videatur. Excessi fateor plus quo modum festiuitas oblitus: sed vt arbitror non ad insipientiam vobis. si firmiter inheserint animo que audistis. Et nūc vt de solēnitate ipsa vel breuiter aliquid loqui temptem? apostoloꝝ x̄pi festus agitur dies: quibus sane plurimuꝫ a nobis honorem deberi scio sed vtrum possit aliqs exhiberi hesito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Quid enim? Si i terra adhuc positi omnia poterant: non quidē in se sed in x̄po? quid non poterunt viuentes hodie in eterna felicitate cum ipso? Mortales adhuc ⁊ morituri imperium vite ⁊ mortis habere videbantur solo nimirum verbo mortificantes viuos ⁊ mortuos suscitantes: quanto magis nunc honorati sunt nimis: nimis cōfortatus est p̄ncipatus eorum? Sz quid est fratres? Cum apostolorum beata hodie memoria celebretur? nunquid natiuitatis seu conuersionis eorum aut certe vite vel miraculorum solēnis agitur cōmemoratio? Non est fratres natiuitatis humane: sicut paulo ante beati ioannis diem natalitium celebrastis: Ille enim nascens honoratur: quia nascitur sanctificatus. Deniq; in ioanne solo celebrio: est passione natiuitas: quia ⁊ passus pro x̄po est cum pro iusticia ⁊ veritate occubuit euidentius tñ pro eo ē nimirum homo missus a deo. q in hoc natꝰ est ⁊ ad hoc venit in mūdum. vt testimoniū perhiberet veritati. Sed nec conuersionez apostolorum aut eorum miracula hodie recensemus: sicut ceteris diebus alijs. alteriꝰ quidem conuersio. alterius de carcere liberatio facta per angelū festiuis ecclesie gaudijs ad memoriam reuocatur: mortem specialius veneramur: qua nihil iter homines humano iudicio plus honorem. Considerate fratres ecclesie sancte iudicium. Im fidez non sm faciem iudicantis. Mortem siquidem apostolorum in eorum recolit solēnitate precipuam. Hodie nimirum petrus crucifixus est: hodie paulus decollatus est. Nec hodierne causa festiuitatis: hec p̄sentium materia gaudiorum. In his igitur festum agens ⁊ letum diem sine dubio spiritum sponsi habet ecclesia spiritum domini: in cuius conspectu sicut habes in psalmo p̄ciosa est mors sanctorum. Quantos enim dum paterentur apostoli credimus affuisse qui nequaq̄z p̄cioſis illorum mortibus inuiderent. Visi sunt enim oculis insipientiū mori: ⁊ estimata est afflictio exitus illorum. Et siquidem visi sunt oculis insipientium mori: mihi autem ait propheta nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Fratres amici dei mori videntur oculis insipientium: sed in oculis sapientium iudicātur potius obdormire. Deniq; ⁊ lazarus dormiebat. q amicus erat: ⁊ cum dederit dilectis suis somnū ecce hereditas domini, Studeam? fratres viuere vita iustorum: sed morte eorum mori multo magis desideremus. Sapientia. n. iustorum nouissima prefert: ibi nos iudicās vbi inuenerit. Omnino necesse est vite p̄sentis finem future cohere principio: nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sicut enim si quis duo sibi vt ita dixerim cinctoria consuere aut colligare voluerit minus de reliquis partibus curans ipsa que sibi copulāda sūt capita vniformiter parat ne desideant a seipsis: ita dico vobis quantumlibet extiterit conuersatio spiritualis si carnalis fuerit consūmatio nostra: vite illi spirituali penitus non coheret nec caro ⁊ sanguis regnum dei poterunt possidere. Fili ait sapiens memorare nouissima tua: ⁊ in eternum non peccabis. Nimirum q̄ hec maxime recordatio faciat timoratū: timor expellat peccatum: negligentiam non admittat. Hinc ⁊ moyses de quibusdam vtinam inquit saperent ⁊ intelligerent: ac nouissima prouiderent. In quibus vtiq; verbis. tria quedam nobis video commendari: sapientiam. intelligentiam. prouidentiam. Arbitror sane tribus ea assignari tpibus eternitatis q̄daz

imago reformari videat in nobis: presentia moderantibus p sapientiam. preterita p intelligentiam diudicantibus. nouissima prudentibus ad cautelam. Hec nempe spualis est exercitij summa: hec forma studij spiritalis: vt sapienter disponamus ptia nra. recogitem⁹ in amaritudine aie nre pterita. futura quoq; sollicite prideam⁹. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sc̃lo ait apls: vt videlz in ptī sobrietas obseruet: vt iusta satisfactiõe pterita que nobis fine fructu salutis p̃ eriere tpa redimant: vt pietatis clipeum imminentib⁹ de futuro periculis opponamus. Sola est enim que ad oia valet pietas: cultus scz dei humilis & deuotus. Nec aliter est nobis prudẽ nouissima: nisi vt vniuersa que nobis iminere vident picula. sedula nobiscũ cogitatiõe versantes. discam⁹ de nra oino iduſtria: magis aũt de nostris diffidere meritis: & sole diuine nos protectioni cõmittere. pio quodam mentis affectu & effectu pie intentiõis in ipm̃ cuius datũ optimũ & donũ pfectum est. cõsumatio felix. & mors preciosa. Habes in euangelio tria hec. ipso tibi sermone dñi cõmendata. Beati i quit pauperes: beati mites: beati q lugẽt. Beati q sapiunt. pre desiderio celestiũ. interno quodã sapore mentis. ptia respuentes. Bti q nouissima prudent. in mãsuetudine suscipientes insitũ vbũ qđ saluare eor aias põt: & pietate cordis ad futurã tendũt hereditatẽ. Bti q pristinũ intelligentes errorem: crebris lauant lachrymis lectũ suũ. Vides qd optat vir sanctus: qd optime cupit eis pro qb⁹ orat? Vtinã mgt saperent et intelligerent: ac nouissima prouiderent. Ac si manifestius dicat. Vtinã esset in eis spũs sapientie & intelligentie atq; filij. Vtinã hec inueniant in nobis frẽs: vt suauiter omnia nra p sapientiã disponam⁹: vt intellectu pecata pterita vãemus: vt prideam⁹ futura consilio. Vtinã sapietia ad ptis vite sit moderationẽ: vtinã intelligamus ad preterite correctionẽ: vtinã deuota in dñi fide prouideam⁹ vt felicem habeam⁹ ipso miserãte cõsumptionẽ. Hic enim est funiculus triplex. quo trahimur ad salutẽ: ordinata cõuersatio. rectum iudiciũ. fides deuota.

¶ Item vnde supra de libro sapietie bi sũt viri misericordie. Sermo. iij.

Merito fratres cv
apls sanctis attribuit mr ecclesia qđ in sapientie libris legit: bi sũt viri misericordie &c. ij
Sunt enim bi plane viri misericordie: siue qz misericordiam pfecuti: siue qz misericordia pleni: siue qz misericorditer a deo nob donati sunt. Et vide quã misericordiã cõsecuti sint. Paulum interroga de seipso: vel magis sponte confitentez ausculta. Qui fui blasphemus & psecutor: & iniuriosus: sed misericordiam cõsecutus sum. Quis enĩ nõ audiuit quanta mala fecit sanctis in hierlm? Nec ĩ sola hierlim sz & in iudea insania ferebat: vt xpi membra lanaret in terris. Deniq; hac furia vectus ibat: sed puent⁹ a gra est. Ibat spirans minaz & cedis in discipulos dñi: & discipulus dñi factus est: cui ostẽderet quãta eum oporteret pro noie ipsius pati. Ibat dirum toto corpore virus exalãs & subito in electiõis vas mutatus est: vt iã cor illius eructaret vbũ bonum vbũ pium & diceret. Dñe qd me vis facere? Nec vtiq; mutatio dextere excelsi. Merito proinde loquebat. Fidelis sermo & oi acceptiõe dign⁹: qm̃ dñs iesus venit peccatores saluos facere quor pmus ego sum. Hoc ergo apõ beatum paulum fiducie & pfolationis accipite frẽs: vt ad dñm iam pquersos nõ nimis cruciet preteritor⁹ pscientia delictor⁹: sz tm̃ humiliet vos sicut & ipm. Ego mgt sum minimus apl'or⁹: q nõ sum dignus vocari apostolus: qm̃ persecutus sum ecclĩam dei. Ita & nos humiliemur sub potenti manu dei: & fiduciam habeam⁹: qz & nos misericordiaz consecuti sumus: & hoc qdem oibus nobis qm̃ oẽs peccauimus & egemus hac glia dei. Tex apud beatuz petrum aliud habeo qđ apponam: eo carius quo rarius: & quo singularius eo sublimius. Nam peccauit paulus sed ignorans fecit in incredulitate sua: petrus cũ cecidit apertos habebat oculos. Nonne vbi abundauit delictum: superabũdauit & gratia. Eor siquidem qui peccant ad eũ nouerint: eũ miserationes eius expti

sint: q̄z portauerint iugū suaue ⁊ onus leue? priusq̄z deuotionis gratiam ⁊ ꝯsolationem acceperint spūs sancti eoꝝ inq̄z copiosa redemptio est: ⁊ tales omnes nos fuimus. At eoꝝ qui post cōuersionem suam peccatis et vitijs implicant ingrati accepte gre? ⁊ post missam manū ad aratrum retro respiciunt tepidi ⁊ carnales facti: aut post agnitā viaz veritatis retroeunt apostate manifesti? eoꝝ vtiq̄z per paucos inuenias qui post hec redeant in gradum pristinum: sed magis ī sordibus positi sordescant adhuc. Sup quos propheta deplorat qm̄ obscuratum est aur mutatus est color optimus. ⁊ qui nutriebāt in croceis amplexati sunt stercora. Nec tm̄ si quis huiusmodi est desperam⁹ de eo tm̄ vt resurgere velit cito: quāto enim diutius p manebit tanto euadet difficilius. Beatus vo q tenebit ⁊ allidet parvulos babilonis ad petram. Etenim si creuerint vix poterūt superari. Filioli hoc dico ne peccetis. Sed ⁊ si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem? qui potest quod nos miseri non possumus tm̄ qui cecidit non adijciat ī malum vt profundius cadat: sed vt magis resurgat confidens q̄ nec ei negabitur venia si tm̄ confiteatur ex corde peccata sua. Sic enim is de quo loquimur post tam grauem lapsum ad tantam redijt eminentiam sanctitatis. Egressus foras fleuit amare. In egressu confessionem oris? in amaro fletu: compunctionem cordis intellige. Et attende: q̄ tunc primum recordatus est verbi quod dixerat ei ihesus. Tunc primo cordi fuit verbum quod predicta fuerat eius infirmitas: cum euanuit presumpta temeritas. Ue tibi qui post lapsum fortiorem te nobis exhibes. Ut quid tam rigidus es in tuam ipsius perniciem? Inclinare potius vt melius erigaris? ⁊ ne prohibeas frangi quod distortū est: vt possit melius solidari. Quid indignaris increpanti gallo? Tibi potius indignare. Pluuiam voluntariam ait psalmista segregabis deus hereditati tue: ⁊ infirmata est. Bona infirmitas que segregatur hereditati: que medicum non repellit. Induratos enim tanq̄z vas figuli in virga ferrea conteret: ⁊ hereditas infirmata é ait tu vo perfecisti eam. Audistis certe qua misericordiam consecuti sunt apostoli nri: vt iam nemo ex nobis super peccatis pretheritis vltra q̄z necesse sit confundatur in cubili conscientie sue compunctus. Quid enī Forte peccasti in seculo. Nunquid amplius paulo? Q⁹ si in ipsa religione? nūquid plus petro? Attamen illi toto in corde penitentiam agentes non modo salutem sed ⁊ sanctitatem sunt consecuti: etiam ⁊ salutis ministerium ⁊ magisterium adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter? quoniam propter te scriptura loquitur viros esse misericordie: vtiq̄z propter multam misericordiā quam consequi meruerunt. Potes tamen in hoc verbo etiam illud non inconuenienter accipere: viros misericordie datos ecclesie vniuerse. Scimus enim q̄ viri isti nec sibi vixere nec sibi sunt mortui? sed ei qui pro ipsis mortuus est: magis autez nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum iusticia: quādo ipsa quoq̄z sicut ostensuz est tm̄ profuere peccata. Pro nobis facit vita eorum? doctrina eorum: et ⁊ mors ipsa. Etenim in conuersatione continentiam? in predicatione sapientiam: i passione sua patiētiam nobis beati apostoli cōtulerunt. Que tamen vsq̄z hodie proferre nō cessant misericordia plen: q̄ est sanctaruz fructus orationum. Quānis ⁊ in ipsa eoruz vita adhuc inuenias q̄ enumeres fiduciāsez quā nobis miraculorum exhibitiōe prebuerunt. Et quis enumeret q̄z multa nobis per eos beneficia, puenerūt? Bene ergo de eis scriptura loquit: qm̄ hi sunt viri misericordie. Et addidit. Quoꝝ iusticie oblionem nō acceperūt. Vis vt nec tua accipiat oblionē? A triplici caue piculo: ⁊ florebis in eternū ante dm̄. Legis enim q: tepidus es: incipiam te euomere ex ore meo. Legis si auerterit se iustus a iusticia sua ⁊c. omniū iniquitatum eius non recordabor. Legis q̄ busdam dicenduz in iudicio non noui vos illis sine dubio qui receperunt mercedem suam. Ergo omnis iusticia tepida? omnis transitoria: omnis vendita: erit in oblionem coram deo. Sed non ita apostolorum iusticie: quod ex eo satis apparet quod sequi-

161. col. 4a. Ad fig. w. Incipiasq; hoc mō. In ipso fuę. ꝛc.

tur: Cum semine eoꝝ pmanēt bona. Manent enim in nobis vsq; hodie aplōꝝ vestigia ⁊ eoꝝ religio: q; quod ex deo est dissolui nō potest. Uestes israelitici ppli quadraginta annis in deserto remāserūt integre: multo magis aplōꝝ vestes sup iumentum saluatoris apposite. Cū semine inquit eoꝝ. Quid est semen? quia secutus adiungit hereditas sancta nepotes eoꝝ? Idem pfecto sunt ⁊ semē ⁊ nepotes. Meministis credo sciētibꝰ enī legē loquor: meministis inqnā legalis mādati: vt suscitet frater supstes semen fratri defūcto sine semine. Quis sine semine? Singulariter sum ego ait donec transeam. Ideoq; resurgēs vade inqt dic fratribus meis. Ac si dicat: Fratres sūt: faciant quod fratres. Ergo p euangeliū ipsi nos genuerunt: non tamen sibi sed christo: quia p euāgeliū christi. Nunc est q; molestē tulit paulus quosdā eorum dici a quibꝰ geniti fuerāt p euāgeliū? indignās aduersus eos qui dicebāt: ego sum pauli: ego cephe: ego apollo: christi magis omnes ⁊ fieri volens ⁊ dici: Itaq; semē apostolorum sumus p predicationē: sed p adoptionē ⁊ hereditatē semē christi ⁊ apostoloꝝ nepotes.

De Dauid ⁊ Golia ⁊ quinq; lapidibus. Sermo vnicus.

viij Audiuimus ex libro regum goliaz virum procere stature presumentē super multa fortitudine corporis sui vociferantē aduersus phalangas isrl: ⁊ prouocantē eas ad singulare certamen. Audiuimus etiā suscitatum a deo spīm pueri iunioris: vt indigne ferret virum spurium ⁊ incircumcisum castris isrl ⁊ dei sūmi agminibus exprobrantē. Spectauimus procedē tē adolescentulum in funda ⁊ lapide aduersus monstruose magnitudinis virum loricatū clipeoq; protectum ac galea: ceteriscq; terribilem militarib⁹ armis. Siqua in nobis erāt viscera pietatis nō potuimus non timere sic ineunti conflictum: non congaudere vincēti. Laudauimus magnanimitatē paruuli q; comederet anima eius zelus domus dei: ⁊ obprobria exprobrantium eiꝰ a se nō duceret aliena: sed tanq; ad propria moueretur iniuriam: ⁊ doleret super cōtritione ioseph. Mirati sumus tantā in adolescente fiduciam: quanta non inueniretur in vniuerso israel. Collatam deniq; celitus victoriam: ⁊ diuina manifeste patratā virtute tā leti suscepimus: q; solliciti certamen spectauimus: armati fide paruuli ⁊ gloriantis propria in virtute gigantis. Jam si spiritualem fm apostoli testimoniū legē esse nō ignoramus: ⁊ scriptam esse propter nos nō solū exterioris superficiei oblectandos aspectu sed interioꝝ quoq; sensuū gustu tanq; medulla tritici satiandos: considerandum nobis est: quisnaz videatur iste golias: qui populo dei iam prom̄ssiōis terram ingressoriamq; multis ex hostibus triumphanti solus exprobrare presumit: elatus ⁊ inflatꝰ spiritu carnis sue. Credo enim non incongrue in superbo homine superbie vitiū designari. Ipsum namq; est peccatum maximū quod dei populo magis insultat: ⁊ insurgit specialiter aduersus eos qui cetera iam videantur viciſſe peccata. Nunc est q; prouocat ad singulare certamen: tanq; ceteris iam subactis. Nam ⁊ philistei illo in tempore timebant omnino aduersus israel inire conflictū: nisi q; de golia enormis magnitudinis viro eorum fiducia tota pendebat. Unde enim eiusmodi animam superbia tētet: quam sibi subiugauit inuidia seu cupiditas ea que deo solet vomitum prouocare? aut pigritia que facit vt boum sterco ribus lapidetur? Unde inquam ei superbia: vnde extollētia oculorum? cui adeo cetera dominātur: vt diiudicari se ab vniuersis tanq; male sibi conscius arbitret? Quis deniq; nisi manu fortī: qui cetera sibi iam potenti virtute vitia subiugauit? aduersus nequissimū superbie vitium dimicaturus accedat? Procedat dauid manu forti: qm̄ non est vincere tantum hostem nisi in manu forti. Armetur ipse contra goliam: qui et vrsum vicerit et leonem. Uideat sane vtrum saulis ei possint arma pdesse? vtruz seculari sapiētia ⁊ philosophicis traditionibus: seu etiā diuinarū supficie scripturarū quā nimirum occidentē litterā vocat apls:

videat inquam vtrum his armis debellare superbiã: vtrum hac via humilitatẽ apprehendere possit? vt onerari sese q̃z roborari sentiens huiusmodi arma atq; impedimẽta proijciat: iactans omnino cogitatũ suum in dño: ⁊ de propria penitus desperãs industria: sola fide armat⁹ nõ reputet golie pceritatẽ: ne forte magnitudinis ei⁹ mole pre/matur: sed potius psallat spũ psallat ⁊ mẽte dñs defensor vite mee ⁊c. Nã ⁊ petrus donec ventorum violentiã: maris profundũ: corporis pondus nõ cõsideraret: in verbo dñi iactans semetipsum nec perire potuit nec timere. At vbi vidit ventum vehemẽtẽ timuit: ipsoq; timore protinus mergi cepit. Simile aliquid etiam nunc athlete nostro rex saul tẽtat: nõ potes inquies resistẽ philisteo istũ: nec pugnare aduersus eũ: q; puer es: hic autẽ vir bellator ab adolescẽtia sua. Verumtamen nõ acquiescit ille tale aliqd meditari: sz presumẽs de virtute eius cui⁹ auxilio prioza certamina iam vicisset: accedit intrepid⁹. Colligit ergo abiectis armis saulis quinq; lapides de torrente: quos nimirũ cum leuia queq; tolleret leuigare torrens potuit: sed nõ etiã tollere secum. Torrens quippe quẽ vtinã pertranseat anima nostra seculũ presens est scriptura teste: qm̃ generatio pterit: generatio aduenit tanq; tumẽs vnda impellens. Omnia ergo omnis caro fenuz: ⁊ omnis gloria eius tanq; flos feni: huiusmodi leuia facile secuz trahit torrens inundans: verbum autẽ dñi nullis fluctibus cedens manet in eternuz. Arbitror proinde nõ incõgrue quinq; lapidib⁹ istis quinq; partium intelligi verbum cõminationis: pmissiõis: dilectionis: imitationis: ⁊ orationis. Horum quippe verborum late patens copia in diuinarum reperitur serie scripturarum: ⁊ forte ipsa sunt quinq; verba quoruz meminit Paulus: malens gnq; vba loqui in sensu q̃z decẽ milia in lingua. Preterit enĩ figura huius mundi? ⁊ iuxta aliud testimoniũ: ⁊ mundus trãsit ⁊ concupiscẽtia eius. Hec autẽ vba trãseunte mundo nõ modo manẽt: verumetiã leuigantur magis: dum ptranseuntib⁹ plurimis multiplex est scientia. Jam vo collectos lapides cõtra supbie spm̃ dimicatur⁹ dauid in vase memorie sue reponat: cõsiderãs quãta nobis cõmineꝫ deus? quãta promittat: quãtã nobis exhibeat charitatem: ⁊ q̃z multa nobis exempla sanctitatis proponat: quemadmodum deniq; orationũ nobis vbiq; commendat instantiã. Nos inquã lapides secũ tollat quisquis supbie vitiũ debellare festinat? vt quoties venenatum audet erigere caput quilibet ex his lapidibus manu cogitationis eius primus occurrat: pcussus i fronte golias deijciat optus cõfusione. In quo sane cõflictu funda quoq; necessaria ẽ loganimitatis: formã habẽs quã huic maxime certamini nulla rõne deesse necesse ẽ. Quotiens ergo vanitatis cogitatio mentẽ pulsat: si ex intimo cordis affectu diuinas expauescẽ ceperis cõminationes seu pmissiones eius desiderare: non sustinet golias vtriuslibet lapidis ictum: sz reprimit illico tumor omnis. O si venerit in mentẽ dilectio illa tã ineffabil⁹ quã tibi deus maiestatis exhibuit: an nõ illico inardescẽs ad charitatẽ prosus abhominari incipis ⁊ abijcẽ vanitatẽ? Sic ⁊ exẽpla sanctorum si diligẽti tibi consideratione proponas: erit sine dubio ad reprimẽdam elationẽ cogitatio ista perutilis. Jam vo si forte insurgẽte subito elatione nihil ex his que diximus apprehẽdere queris manus tua toto feruore ad eã conuertẽ q̃sola restat oõne: ⁊ cõtinuo quẽ eleuatum videras ⁊ exaltatuz sicut cedros libani subuersus impius iam nõ erit. Sed queras forte sse quemadmodum suoipsius gladio possis abscidẽ caput? id enĩ tãto tibi iocundius quãto molestius hosti: dico breuit exptis loquor ⁊ q facile capiãt ⁊ aduertant sine mora qõ in semetipsis crebro sentiunt actitari. Quotiẽs prouocãte te vanitate ad recordationẽ cõminationis diuine seu promissionis aut ceterorum que supra diximus confundi ceperis ⁊ erubescẽ: dejectus est quidẽ golias: sed forsitan adhuc viuit. Accede itaq; propius ne forte resurgat: ⁊ stans super eum mucrone proprio caput eius abscide: de eaipsa que appetit vanitate perimens vanitatem. Elata siquidẽ cogitatione pulsatus si ex eaipsa materiam

& occasionem sumas humilitatis quo nimi rū deiceps humilius & abiectius tanq̄ ō supbo homine sentias de teipo: goliam go lie gladio peremisti.

Dnica. vij. post octa. penthecostes si ue post festū trinitatis: De euāgelica lectione vbi turba triduo sustinēs dñm septez panibus reficit. Sermo primus.

cix

Miſereor ſuper turbā: quia iā triduo ſuſtinēt me: nec habēt qō māducent. Euāgeliū fratres ob hoc scriptū ē vt legāt: nec ob aliud legit q̄z vt ratio nabilē cōsolationē aut desolationē exinde capiamus. Est enim secularibus cōsolatio vana de terrenaꝝ affluentia rez: vana nihilominus de earuz penuria desolatio. At euāgeliū speculū veritatis: nemini blandi tur: nullū seducit: talē in eo se quisq̄ reperiet qual' fuerit: vt nec ibi timore trepidet: vbi nō ē timor: nec letet cum male fecerit. Sed quid dicit scriptura? Si qs auditor ē verbi & nō factor: hic cōparabit viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue in speculo. Consi derauit enim se & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit. Nos aūt fratres nō sic obsecro nō sic: sed cōsideremus nosmetipos in ea quā audiuimus sacri euāgelij lectiōe vt pficiamus ex ea: & corrigam⁹ sm eā si qua in nobis deprehēdimus corrigenda. Propter hoc enim optat ppheta dirigi vias suas ad custodiēdas iustificationes dñi. Tūc inquiēs nō confundar: cū pspexero in omnibus mādatis tuis. Et ego qdē nō confundor sed glorior: p vobis fratres mei: qñ saluatorē i deserto secuti: existis ad eū extra castra Sed vereor: ne qs forte in triduana expectatiōe pusillanimis inueniat: & in egyptū huius seculi neq̄ mēte vel etiam corpe reuertat. Merito pinde clamat diuina scriptura & dicit: Expecta dñm viriliter age: & confortet cor tuuz & sustine dñm. Sed q̄diu necesse ē sustinere? Prorsus donec misereatur tui. Queris qñ misereatur? Misereor inquit sup turbam: q: iā triduo sustinēt me. Vbi enim triū dierū eas necesse est i deserto si gratum deo tuo offerre volueris sacrificiuz: & triduo sustineas saluatorē si miraculi panibus desideras saciari. Prima ē dies timoris: dies inq̄ declarans & illuminās tenebras tuas interiores: sed & horrendū gehēne supplicū demōstrās in quo sūt tenebre exteriores. Huiuscemodi sigdem cogitatio sic ut ipsi nostis: nostre solet exercere pmordia q̄uersiōis. Secūda ē pietas: qua respiram⁹ i luce miserationū dei. Tertia dies est rōnis: in qua veritas inotescit: vt tanq̄ ex debito quodaz nature fine alia q̄sideratione creatori subiecta sit creatura seruus seruiat redemptori. Exhinc iubemur discūbere vt charitas ordinet in nob: exhinc aperit dñs manū suam: & implet oē aial benedictiōe. Vez qñ aplis dicit sacite hoies discūbere quoz nos licet ad q̄fusionē nostrā habetis vicarios qualescūq̄ discūbere vos admonemus fratres charissimi: vt refecti pane benedictiōis subsistere possitis i via: ne forte misera necessitate cōpulsi descendatis & vos in egyptū: & incipiant vobis illudere q necduz in deserto vobiscū secuti sunt saluatorem. Miseri sane & ipsi q nō exiere cū exeūtib⁹: sed plane miserabiliores oīb⁹ hoīb⁹ q pfecti qdē cuz alijs sed non cū alijs sunt refecti. Porro si q fuere q discūbētibus alijs post dumeta seu diuersoria q̄ius abscōditi latuere? homines eiusmodi ieiunos vacuosq̄ remansisse qs nesciat? Sic & eos nihilominus q lenitate & curiositate ducti circū quaq̄ vagātes minime resederūt: aut si q sederūt quidē: sed non in ordine nec in numero ceteroz. Hortamur pinde charitatem vestrā & pastoralī solicitudine admonemus: ne quis ex vob inueniat angulos amare: sectari latebras: querere diuerticula: qñ q male agit odit lucē: & nō venit ad lucē: vt nō arguant opa eius. Sed nec inueniant in nobis q circūferant oī vēto doctrine: instabiles & ingeti nihil i se soliditatis: nihil grauitatis habētes: tanq̄ puluis quē pjicit ventus a facie terre. Nam de eis quid dicaz: quoz man⁹ cōtra omnes & manus omniū cōtra ipos? Hi sunt qui separant semetipos: animales spīm nō habētes: quoniam nemo in spū dei loquens dicit anatbema iesu: Nequissima

plane ⁊ pnitiosissima pestis: quādo vniuersos vnius obstinatio turbat: ⁊ fit omnibus discordie fomes materia scādaloꝝ. Beniqꝫ ppheta audi: q de vinea dñi loquēs: singularis inqt ferus depastus é eā. ¶Dico huiusmodi rogo ⁊ obsecro vos fratres mei: fugite simulationē oēs ⁊ angulos ppriꝰ volūtatis: fugite inquietudinē ⁊ spm lenitatis: fugite obstinationē: ⁊ nequissimū vitium singularitatis: nisi forte quod absit fraudare vultis aias vestras panis edulio benedicti Jā vo ne lógius ptrahā vos: septē panes q bus reficiamini isti sunt. ¶Primꝰ panis verbū dei: in quo vita hoīs est: sicut ipe testat Secūdus panis est obediētia: qñ meus cibus é inqt: vt faciā volūtatē eiꝰ q misit me. Tertius panis meditatio scā: de qua scriptū é cogitatio sancta ꝓseruabit te: ⁊ eque alio in loco noīari videt panis vite ⁊ intellectus. Quartus panis ozantiū lachrymę. Quintus vo labor penitētie est. Nec mireberis q laboꝝ aut lachrymas panē dixeriꝫ nisi forte excidit tibi qđ ī ppheta legisti Cibabis nos pane lachrymarū. Et ite in alio psalmo: labores inqt manuū tuaꝝ q: manducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Sextꝰ panis é iocūda vnanimitas socialis: panis inqꝫ ex diuersis generis ꝓfectus: fermenta tus vtiqꝫ sapiētia dei. ¶Porro septimꝰ panis é eucharistia: quoniam panis inqt quem ego do caro mea é ꝓ mūdi vita.

¶Jtē vnde supra: De fragmētis septē misericordiarū. Sermo secūdus.

cx

SItis quid fecerim septē vobis hodie misericordias ꝓponēdo? Septem vtiqꝫ panes distribui. Nā si facte sunt mihi lachrymę mee panes die ac nocte: quāto magis diuine miserationes? ¶Multo enī dulciꝰ iste sapiunt: refician multo meliꝰ: ampliusqꝫ confirmāt cor hoīs. Nec multa nobis ni fallor ex his panibus hodie cecidere fragmēta. Nā ⁊ ego ipe sentiebā inter frangendū multas e manibus euadere micas: atqꝫ inter digitos pterātis elabi. Nec ipsi si collegeritis aliq: vos videritis. Ego si nondū fastiditis nfa que mihi collegeram sine īuidia cōmuni cabone forte incurrā maledictionē absco dētis fruméta in populis. ¶Primꝰ itaqꝫ panis si bene memini ꝓseruatio gratie fuit: q̄ me lz indignū a multis peccatis adhuc in seculo posituꝫ custodiuit. ¶Huius ergo triateneo fragmēta: habētia magnum ꝓrsus delectamētū saporis ⁊ alimoniā vite. Tribus siquidez modis a peccato me meminꝰ ꝓseruatum: occasiōis subtractiōe: resistēdi data virtute: affectiōis sanitate. ¶Multa. n. in peccata facile cecidissem si data eēt occasio: sed dei miseratiōe nō me talis opportunitas apphēdit. Jn multa quoqꝫ paulominus cecidissem grauiter impulsus violentia tētatiōis: sed virtutē dedit dñs rex virtutū vt sub me eēt appetitꝰ meus: ⁊ ei quaꝫ sentiebā ꝓcupiscētie minime ꝓsentiré. Sed ⁊ a quibusdam lōge me fecit miseratio tua dñe: vt penitus abhominarer ea: ⁊ ne vlla quidē eorum me tētatio molestaret. Secūdus quoqꝫ panis expectatio fuit qua tardabat vltionē: q: indulgētiā cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite: cogitātes lōganimitatē quā exhibuit: electionē ꝑdestinatōis sue quā ipleri voluit: ⁊ charitatē nimiā qua nos dilexit. ¶Propter hoc enim expectās expectauit me dñs ⁊ nō intēdit mihi: sed auertit oculos suos a peccatis meis quasi nolēs aduertere quantū delinquerem. ¶Propter hec inqꝫ dissimulabat vt cōmēdaret patiētiā suā: vt impleret electionē suā: vt ꝓfirmaret charitatē suaꝫ. De tertio quoqꝫ pane eius scilicet misericordie qua cōuertit nos ad penitentiā: tria iā tam fragmēta qꝫ frustra vobis appono. Tunc enī vt bene memini cōcussit cor meum excitans illud: vt aduerteret suorū vulnera peccatorum: ⁊ vulnerum sentiret dolorem: etiam ⁊ terruit deducens ad portas inferi et ꝓparata iniquis supplitia monstrans: ⁊ vt nihil iam nocte remaneret de lectationis meliorem mihi consolationem inspirans spem indulgentie dedit. Jn his tribus ego conuersus sum: credo q̄ et vos ipsi. Jam vero quartus panis ipsa est indulgentia. Obsecro vos diligenter colligite fragmenta: ne pereant. Sunt enim

salubria valde: ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauum. Sic enī ex toto idulsit ⁊ tā liberaliter oēm donauit iniuriā: vt iam nec damnet vlciscē do nec confundat ip̄roperādo: nec minus diligat ip̄utando. Sūt enī alīq sic donātes iniuriā vt nō vlciscant: sepius tamen im p̄roperent. Sunt ⁊ alīj q fileāt licet manet tamen alta mēte repositū: ⁊ ranchorē tenēt in animo: quarū vtiq neutra plena indul gentia est. Longe ab his oībus benignissī ma est diuinitatis naturā. Liberaliter agit ignoscit plenarie: ita vt ꝑpter fiduciā pec catorū sed penitētiū vbi abūdauit delictuz soleat ⁊ gr̄a sup̄abūdare. Testis est paulus gentiū doctor: testis ⁊ mathe⁹ de thelonio electus in aplm: cui etiam nouī testi p̄mi scriptorē esse donatū est: testis ⁊ petrus cui post trinaz negationē totius ecclesie pasto ralis cura cōmissa est. Testis deniq etiam famosissima illa pecartrix: cui in ip̄o ꝙrsi onis initio tanta multitudo dilectionis cō cessa est: tanta post modum indulta gratia familiaritatis. Quis accusauit mariam? ⁊ p̄o seeam opportuit respondere? Si pharī seus murmurat: si martha cōquerit: si scā dalizant aplī maria tacet: ip̄s excusat etiā ⁊ laudat tacentē. Deniq illud quātel p̄ro gatiue quāte excellentie fuit? q̄ resurgen tem a mortuis p̄ma videre: tangere pma meruit? Sed iam trāseamus ad alia. Bo num est quidē nos hic esse vbi datur fidu tia peccatorib⁹: sed oportet ēt cetera nō ta cere. Itaq ⁊ cōtinentia ip̄a est panis q̄nt⁹ Tria nihilominus inuenio vnde merito clamare possim: q: fecit mihi magna q po tens est. Forte paruū aliqd reputatis cōti nentiam vestraz: sed ego non ita. Scio enī quos habeat oppugnatores: ⁊ quante illā necesse sit esse virtutis vt possit resistere ta libus: p̄mus siquidē hostis ꝙtinētie nr̄e caro est aduersus spm̄ cōcupiscēs. Q̄ do mesticus hostis? q̄z piculosa lucta: q̄z bellū Hostē hūc crudelissimū nec fugē intestinū possumus o aīa nec fugare: circūferre illū necesse est qm̄ aligatus est nobis. Nam qđ est piculosius? ⁊ miserabilius hostez nostrū ipsi coginur sustentare: perimere eum nō licet. Vides ergo q̄z sollicite te custodire necesse sit: ab ea que dormit i sinu tuo? Ve runtamen non est solus aduersarius mihi alium adhuc habeo q circūcinxt ⁊ obsedit me vndiq: etsi ignoratis hostis iste est p̄ sens seculū nequā. Cōclusit inimicus vias meas? ⁊ p quinq portas qnq videlicet cor poris sensus iaculī suis vulnerat me: ⁊ mors intrat p̄ fenestras meas. Sufficere nimis poterant isti duo? sed heu me ecce video vē tum validum venientē ab aquilone: a quo panditur omne malum. Et nunc quid su peresset aliud? Domine salua nos perimus. Ecce enim malleus vniuerse terre? ecce ser pens callidior cunctis animantibus: ecce inimicus ille quem nec videre possum: q̄n to minus cauere. Neq enīz est colluctatio seruare volentibus continentiā: ꝙtinentiā aūt dico non a sola luxuria: sed a ceteris q̄z sicut necesse est vitijs ⁊ pctis nō est illis col luctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē tm̄: sed aduersus p̄incipes ⁊ potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum cōtra spiritalia nequitia in celestibus. Et quis est qui iacula eorum ignea possit extinguere? Paraueru nt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Sz ⁊ narauerūt vt absconderēt laqueos: dixerunt quis videbit eos. Nunc quidem aperte ⁊ violenter? nunc occulte ⁊ fraudulēter: sem per autez malicioſe ⁊ crudeliter impugnāt ⁊ persequuntur nos. Et ad hec tollerāda ne dicam superāda? quis idoneus? Credo iam vobis aliquatenus innotescit cōtinen tie difficultas: vt iuxta aplm sciatis que a deo donata sunt vobis. Q̄no in dño facia mus hāc virtutē: ⁊ ip̄e ad nihilū deducet tribulantes nos. Ip̄e ē enim qui nō modo carnē nostrā cū cōcupiscentijs suis? sed ⁊ p̄ sens seculū neq cū curiositatibus ⁊ vanita tibus suis: conterit ⁊ sathanā sub pedibus nostris. Illūqd nō merito dixerā inueniē dū i ꝙtinētia? vñ clamarē q: fecit mihi ma gna qui potens est? Jam vō sexti panis fra gmenta accipite. Est autem panis ip̄e gra tia p̄merēdi bona scilicet eterne vite? quaz gratiā in tribus maxie constare arbitror: i odio p̄teritoꝝ malorum? ⁊ ꝙtēptu bonoꝝ p̄ntiū: ⁊ desiderio futuroꝝ? Septimi q̄z

panis est spes obtinēdi ? cui⁹ nichilomin⁹ teneo fragmēta tria: et eoꝝ sapor dulcis ad modū gutturi meo. Tria iqꝫ sūt q̄ sic robo rāt ⁊ sic ꝓfirmāt cor meū ? vt nulla me penuria meritoꝝ nulla cōsideratio ꝓprie humilitatis: nulla estimatio celestis btitudis ab altitudine spei deijcere possit in ea firmiter radicatū. Desideratis ea ? an seruāda sūt ꝓpter eū qui dixit mel iueniſti come de qđ sufficit tibi ⁊ cetera? Sic ꝓplet quotidie quod de se ipa sapia prophetauit ? ⁊ nūc idipm̄ video: qm̄ qui edunt me iquit adhuc esuriēt. Proinde nō vos protrabā vltra ? sz nec nr̄am fraudabo esurie: qm̄ siquid é sic paratos vos video ac si necdum suſperitis quicquā. Tria cōsidero i quib⁹ tota spes mea cōsistit: caritate adoptionis? veritate promissiōis: potestate redditiōis murmuret iā q̄ztū voluerit isipies cogitatō mea dicens quis enim es aut quanta ē illa glia ? quibusue meritis hāc obtinere spas Et ego fiducialiter respondebo. Scio cui credidi ? ⁊ certus sū q⁹ i charitate nimia a doptauit me: q: verax in promissiōe ? q: potēs i exhibitiōe: licz enim ei facere qđ voluerit. Nic é funicul⁹ triplex qui difficile rumpitur: qué nobis a pria nostra in hūc carcere ēvsq̄ demissū firmiter obsecro tenea m⁹ ? vt ipse nos subleuet ipse trahat ⁊ per trahat vsq̄ ad cōspectū glie magni dei. q est benedictus in secula.

De septem misericordijs. Sermo quart⁹

cxj

Misericordias dñi i eternū cātabo. Ut qd enī mihi insipiēs nescio que cogitatio de penitentie hui⁹ onere murmurat vt aggrauet illud sup ceruicē meā? Alius onus sentio suauius qdē: sed vtiqꝫ multo maius. Sic enim onerat me miseratio nibus suis deus ? sic cōcludit sic obruit me beneficijs suis: vt onus aliud sentire non possim. Quid enī retribuā dño ? ꝓ oībus q̄ retribuit mihi? Tanta tribuit tāta retribuit ? ⁊ tu mihi aliud de onere loqueris? Deficit spūs meus ꝓfus deficit: in tāta būficiorū cōsideratiōe. Et licet dignas nō sufficiā gr̄as agē: ingratitudinē ꝓfus odit aīa mea Peréptoria qdem res est ingratitudo: hostis gr̄e inimica salutis. Dico ego vobis? qm̄ ꝓ meo sapere nihil ita displicet dō pser tim in filijs gr̄e in hoibus cōuersiōis: qué admodū ingratitudo. Alias enim obstruit gr̄e ? ⁊ vbi fuerit illa: iam gr̄a accessuz non iuenit nō hēt locū. Hinc enim frēs tristitia magna ⁊ dolor cōtinu⁹ cordi meo ? q̄ non nullos tam ꝓnos ad leuitatē adrisum ⁊ ad scurilia verba tam faciles video: vt ptimescam valde ne forte plusq̄z expediat diuine mie sint imemores ? ⁊ ingrati tā multis beneficijs suis aliqm̄ deserant a gr̄a: quā non vt gratiā venerant. Nam de eo qđ dicam q murmurat ⁊ obstinato in patientia pdurat aio vt cū peniteat adhesisse deo: ⁊ contra morē ⁊ ꝓtra rationē bonum factū pñia comitatur ? qui sine dubio miserationibus dei nō modo nō habet gr̄am sed cōtumeliam reddit. Vino enī quātuz in se est puuz honorat eū a quo vocat⁹ é q̄sqs ei seruit in tristitia ⁊ ráehore: si tñ seruire qs ei pōt in ea tristitia q̄ est ſm carnē ⁊ morte opak. Putas ergo q: maior ei gratia dek ? ⁊ nō magis ⁊ qđ videk habere auferak ab eo? Nonne enī pditū reputak ? qđ ingrato donatū est? Aut dedisse nō penitet datorē ? qđ pisse videtur? Oportet ꝓinde gratū esse hoiem ⁊ deuotū: q ꝓcepta gratie munera nō modo manere sibi desiderat sz ⁊ multiplicari Nemo enī sane est qui nō facile si q̄rit inueniat vnde obnoxi⁹ sit deo: quoniā nō est q̄ se abscōdat a caloꝛe ei⁹. Sz nos maxie quos segreganit ⁊ assumpsit ad fuiendū sibi soli. Si forte secundū aplm̄ nō accepim⁹ spm huius mundi sz spiritū q a deo é. vt sciam⁹ que a deo donata sūt nobis: oio plurima inuenim⁹ vnde ei cōtinuas agere gratias debeam⁹. Quis enī i nobis é q nō cōsiteri deo possit qm̄ misericordia tua magna est sup me. Itaqꝫ de tāta multitudie miserationū dñi breuiter nobis aliquas ꝓponere velim. Ut q sapiēs est hac occasione data sapiētior fiat. Septē in me ego iuenio. misericordias dñi: q̄s ⁊ vosipi credo facile inuenietis i vob. Prima est q a mitis peccatis adhuc i seculo positū custodiuit. Prima inqꝫ non iter omnes quas mihi dedit:

sed ꝓma inter das septē. Quis enī nō videat qꝫ sicut in multa cecidi sic ⁊ in alia poterā cecidisse pctā? nisi oīpotēs pietas me conseruasset? Fateor ⁊ fatebor: qm: nisi quia dñs adiuuit me paulomin⁹ cecidissiet in oē pctm̄ aīa mea. Et hec quāta dignatio pietatis qꝫ ingratū ⁊ pensidentē sic gratiā obseruabat: qꝫ in multis cōtrarium ⁊ cōtemnētem nihilomin⁹ ab alijs benignissime ꝓtegebat. Et ꝑa miseratio tua sup me benignissime dñe q̄ ne potit explicari ꝓmone? qꝫ liberalis qꝫ benigna qꝫ gratuita fuerit? Ego peccabā: ⁊ tu dissimulabas. Nō cōtinebā a sclaris⁹: ⁊ tu a verberibus abstinebas. Prolōgabā ego multo tpe: iniqtatē meam ⁊ tu dñe pietatē tuā. Sed qd ꝓdesset expectatio: nisi sequeret penitudo? Cumulus esset dānatiōis dicēte dño. Hec feci sti ⁊ tacui. Tertia pinde miseratio fuit? qꝫ visitauit cor meū ⁊ inmutauit vt amara fierēt q̄ mihi dulcia ꝑus erāt? ⁊ q̄ latabar cū mala facerē ⁊ exultabā in reb⁹ pessimis: incipem demū recogitare ei oēs ānos meos i amaritudīe aīe mee. Et nūc dñe cordis mei cō. mouisti terrā ⁊ ꝑturbasti eā: sana ꝯtritiōes ei⁹ qr cōmota ē. ⁊ Adulti. n. pnia ducti sunt: sed in fructuosa: qm̄ pnia eor⁹ reꝓbata ē sicut ⁊ prior culpa. Itaqꝫ hec fuit mia ārta qꝫ penitentē misericordit suscepisti: vt i eorū numero ⁊uenirer de qb⁹ psalmista ait. Bti quor⁹ remisse sunt iniqtates: ⁊ quor⁹ tecta sūt pctā. Segf mia qrta? ꝑ quā mihi ꝯtinēdi deiceps ⁊ emēdati⁹ viuēti pstitisti virtutē ne recidiuū paterer ⁊ esset nouissimus error: peior ꝓre: Oino enī manifeste tue est dñe deus virtutis ⁊ nō humane susceptū sel peccati iugū a ceruicib⁹ suis excutere: qm̄ q facit pctm̄ seruus est pcti: nec est liberari nisi i manu fortī. Jam vo postq̄ in his qnq; miseratiōib⁹ a malo de⁹ libauit vt faciat qꝫ scriptū est: declina a malo ⁊ fac bonū in alijs duabus bona largiris. Nec vo sunt gr̄a ꝓmerēdi qua minus bone cōuersationi indulges: ⁊ spes obtinēdi qua donas boi indigno ⁊ pctōri de tua totiens expta bōitate vsq; ad celestia spāda ꝓsumē Jtē vnde supra. De triplici misericordia ⁊ quattuor miseratiōib⁹. Sermo quart⁹.

Cxij

MIserere mei de⁹ sm̄ magnā mīam tuā. Sicut sunt pctā minima? sunt mediocria sunt ⁊ magna: sic est mia qua mediocris ⁊ magna. ⁊ Magn⁹ ḡ pctōr magna mia opus hēt: vt vbiabūdauit delictū superabūdet ⁊ gr̄a. Parua mīam dico expectatione qua nō statī punit peccantē: sed expectat ad pnīaz. Parua aūt i nō sc; ad cōpatione aliaz. Aliqn magna plane magna oīno mia expectatio dñi est. Nam peccantē angelū oīno nō expectauit: sz ꝓcipitauit. Noiem quoq; peccantē nō distulit: sed ꝓtinus expulit de paradiso. Nunc iam expectat? dissimulat: sustinet decē annis ⁊ vigiti: vsq; ad senectutē ⁊ senū. Et si cōsideremus quāta q̄ plurima pctā quottidie siunt? nōne grauia reputabim⁹ q tñ cōtinuo dānatiōis nō excipe sniam? Mihil pinde mirū si ipsius quoq; ꝓphete pene moti sūt pedes pene gressus effusi: qm̄ zelabat sup pctōres: pacē pctōrū vidēs? sed pctōres dicunt quō scit deus: etsi est sciētia in excelso Sed hec est gr̄a crucis xp̄i ⁊ virtus. Vnuo ego die dñs nolo mortē pctōis: sed vt cōuertat ⁊ viuat. Oītū mihi videt: vox ista ē xp̄i resurgētis. Acsi dicat Volit nolit unde⁹ nolo mortē pctōris: q mori volui ꝓ pctōrib⁹ Volo vt fructuosa sit mors mea: ⁊ copiosa ꝑ eā redēptio. Manc ḡ mīam dñi qua tardat ferire pat⁹ ignoscere non paruā qdem in seipsa sed aliarū cōpatiōe noiam: qꝫ hec qdē si sola fuerit nullatenus sufficit ad salutē imo iudiciū dānatiōis accumulat: vt dicat. Hec feci sti ⁊ tacui. Aplīs pinde audiamus more suo terribilit itonantē. In diuitias inqt bonitatis ei⁹: haud dubiū qn dei ⁊ lōganimitatis cōtēnis? Ignoras qm̄ patientia dei ad pnīaz te adducit. Tu aūt sm̄ duritiā tuā ⁊ cor ipenitēs: thesaurizas tibi irā in die ire. Thesaurizas tibi inqt thesauros ire ꝓ ꝓgatis thesauris mie quos ꝓtēnis ⁊ enacuas i te mias dei. Sed sm̄ qd sm̄ duriciā tuā ⁊ cor ipenitēs ait. Quis aūt scidet duritiā? nisi qui passione sua petras scidit. Quis dabit cor penitēs? nisi a q̄ est oē datū optimū? Nec est scda mia oi maior ꝓre: q

facit ne infructuosa sit ꝛ querat in vanati
one mortis: dado. ſ. ꝛ pniam ſi ē qua expe
ctatio nō mō nō pdeſt: ſz obeſt plurimū. Et
hec qdē in leuib⁹ pctis pōt ſufficere: qñ in
his a qbus abſtinē oīno nō poſſum⁹ dū ge
ſtam⁹ corpus pcti ad ſalutē pōt ſufficē pnia
quottidiana. At in grauioꝛib⁹ qdē ꝛ q̄ pctā
ad mortē ſunt opus ē nō mō pnia: verū ēt
ꝓtinētia. Difficil' p̄ſus ꝛ ſolū diuine ⁊tuti
poſſibil' res ē ſuſceptū ſemel pctī iugū a cer
uicib⁹ excutē: qñ q facit pctm̄ ſu⁹ eſt pcti
nec iā ē libari niſi i manu fort. Nec ē mia
magna magis pctoꝛibus nec̄ia de q̄ dicit.
Miſerere mei de⁹ ſm̄ magnā miaz tuā. Et
ſz mlt̄itudinē miſationū tuaꝝ dele iiqtatē
meā. De q̄ttuoꝛ filiab⁹ magne mie dictū ē
q̄ ſūt: iimiſſio amaritudis ſubtractio oppoꝛ
tunitatis ⁊tus reſiſtēti ꝛ ſuauitas affectioīs
Quādoq; enī ei q pctō aliquo obligat⁹ te
nēt pie iimittit dñs amaritudiē q̄ſdā q̄ mē
tem occupāt hoīs: ꝛ expellūt delectationē
pcti: qñq; ꝯo ſubtrahit opportunitatē: nec
tētari patit̄ i firmitatē n̄ſam: qñq; ⁊tutē do
nat reſiſtēdi qđ mai⁹ē. ſ. vt tētationē ſentiēſ
viriliter reſiſtat: ꝛ vt nō ꝓſentiat agat: ꝛ qñ
q affectionē ſanat: qđ pfectiſſima ē ꝛ in q̄
p̄ſus tētatio tollit: vt nō ſolū non ꝓſentiat
ei: ſz nec ſentiat qdē. ¶ De trib⁹ gene
ribus hoīuz q ſūt i religiōe. Sermo vnic⁹.

cx iij

NVſquā eſt ſe=
curitas frēs: neq; in celo neq;
in padiſo multo min⁹ in mun
do. In celo enī cecidit angel⁹
ſub p̄ncia diuinitatis: adā in padiſo de celo
voluptatis: iudas in mūdo de ſcola ſaluato
ris. Nec iccirco dixerim: ne qs de loco iſto
ſibi blādiat: qr dī: Locus iſte ſanct⁹ ē: qr nō
loc⁹ hoīes: ſed hoīes locuz ſanctificāt. Sūt
enī ꝛ inter nos tria genera hominuz: ip̄aq;
ſatis ꝛ ordini ꝛ hoī incōgrua: q bāc viā in
greſſus ſit. Sūt eniz qdā q bñ inceperūt: ſz
defecerūt ſtati? ꝛ ſunt q nunq; inceperunt
ſed i ſua mollicie pmāſerūt ꝛ pmanēt: ꝛ ſūt
q rapiūt ſpū lenitatis: tardi ad audiēdū ve
loces ad loq̄ndū patiſſimi curſuz enūerare
qđ faciūt: ſi qd faciūt tñ. Nūqd vl' iſtos re
pellit de⁹? Nō ſz ſi i fundameto pmāſerīt
ſalui erūt: ſic tñ q̄ſi p ignē. Per quē ignē di
cit ap̄l's fundamētū aliud nemo pōt ponē
p̄ter id qđ poſitū eſt: qđ eſt xp̄s ihs. Si qs
edificauerit ſup fundamētū iſtud ligna fe
nū ſtipulā detrimētū patiet: ipe autē ſaluus
erit ſic tñ q̄ſi p ignē. Fundamentū xp̄s ē: li
gnū fragile: fenū molle ſtipula leuis eſt. Li
gnū ſunt q fortiter inceput: ſz fracti nō re
nodant. Fenū ſunt q a fugiēda mollitie te
pefacti: nec ſūmitate digiti vt dicit̄ laboꝛes
arduos tāgē voluerūt. Stipula ſūt q lenita
tis motib⁹ exufflati nunq; i eodē ſtatu pma
nēt. Et timēdū qdē de iſtis: ſz n̄ deſperādū:
qr ſi i fūdameto xp̄z habuerit h̄ ē i hac fide
xp̄i vitā finierit ſalui erūt: ſic tñ q̄ſi p ignē.
Ignis tria hꝫ: fumū: lucē: ardoꝛē. Fum⁹ la
chrymas excitat: lux vicina illumīat: ardoꝛ
adurit. Ita ꝛ q hmōi ē: fumū h̄ ē amaritu
dinē habē i mēte dꝫ: qr tepid⁹ ē qr remiſſus
ē: qr leuis ē: qr oꝛdinē q̄ntū i ſe ē ſubruit ꝛ p
turbat. Sz ꝛ lucē i oꝛe: vt q̄l'ē i mēte: talē ſe i
ꝓfeſſiōe ꝛ dicat ꝛ plāgat: vt ꝛ līgua arguat
ꝓſciaz: ꝛ ꝓſcia arguat linguā. Neceſſe q̄z ē
vt ardoꝛē ſētiat in coꝛpe. i. penitētie tribula
tionē: etſi nō multim edā: aliquā tñ. Putas
qr ſic cōp̄ctos coꝛde oꝛe ꝓfeſſos: coꝛpe fati
gatos abijciet: q oēs hoīes ſaluos fieri ꝛ ne
minē vult pire? Sūt ꝛ alīj q edificāt ſup fū
damentū hoc argentū aurū lapides p̄cio
ſas: qui vehemēter inciptūt: p̄ficiūt vehe
mētius: vehemētiſſime perficiunt: nō attē
dentes qd caro poſſet: ſid quid ſp̄us velit
¶ In labore meſſis. Sermo p̄mus.

cx iij

DEo qđ nupri
me dictū ē ſurſū alios: alios ꝺ
oꝛſum aſpicere: habeo adhuc
aliqd qđ veſtre nō fileā charī
tati. Nā eaꝝ qdē cogitationū quas exp̄ſſi
mus: tūc ſi bene meminiſtis: ſz pfectio: aite
ra: vtraq; tñ vtilis ē. Sūt aūt q alio mō ſur
ſum coꝛ habeāt: ſicut fecit de⁹ hominem re
ctū: ꝛ ſecure reſpōdeāt ad exhortātis vocē
p̄ſbyteri habem⁹ ad dñm: ſunt ꝛ alīj q brū
tis cū aīalibus inclinati deoꝛſum deriſui ſe
faciāt eē imundis ſpiritib⁹: q pfecto clami
tāt illudētes incuruare vt trāſeamus. Sci
tis enī q in congregatiōe plurimoꝛ: ip̄oſſi
bile ē vni⁹ oēs fortitudinis eē ſeu coꝛpoꝛuz
ſeu moꝛ. Nā vtraq; infirmitatē patienter

cx iiij

est substantia? Virtutis enī species ⁊ nō veritas: tāq; qualitas est non substātia. Neq; vō ingressum eius exteriorīs potest conuersationis tenuis superficies sustinere: cum omnia penetret ⁊ in intimis cordis habitatio eius. Q; si nequaq; spiritus disciplinę, subditum manifeste peccatis corpus inhabitat: fictum vtiq; non modo declinat, sed effugit ⁊ elongatur ab eo. An vō aliud est q; fictio execrandaſi peccatum superficie tenus radas: non intrinsecꝰ eradices? Certus esto, quoniā pullulabit vberius: ⁊ emūdatam sed vacantem domum, cum nouenis ribus septem, qui eiectus fuerat hostes malignus intrabit. Reuersus enim ad vomitum canis, odibilis erit multo plus q; ante, ⁊ fiet gehenne filius multipliciter: qui post indulgentiam delictorum, in easdē q; denuo sordes inciderit vt sus lota in volutabro luti? Quis videre mundatam ⁊ ornatam vacātem domum? Dominem intuere, qui confessus est, ⁊ deseruit manifesta peccata precedentia ad iudicium? ⁊ nunc solas mouet manus ad opera mandatorum, corde penitus arido, ductus consuetudine quadāpla ne vitula effraim, docta diligere triturā: exteriorum, que ad modicum valēt ne vnū iota preterit aut vnum apicem: sed camelū glutit, dum culicem liquat. In corde enim seruus est proprie voluntatis: cultor auaricie, glorie cupidus, ambitionis amator: aut hec omnia, aut singula queq; vitia, intus fouens. Et mentitur iniquitas sibi: sed deus non irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem: vt seducat etiam semetipsum, penitus non attendens vermen qui interiora depascitur. Manet enim superficies: ⁊ salua sibi omnia arbitratur. Lo mederunt aut propheta alieni robur eius: ⁊ ipse ignorauit. Dicit quia diues sum, ⁊ nullius egeo: cuz sit pauper ⁊ miser ⁊ miserabilis. Nam ⁊ inuenta occasione, ebullire sanię que latebat in vlcere: ⁊ excisam non extirparam arborem, in siluam videas pullulare densiorem. Quod periculum si volumus declinare: securim ponamus necesse est ad radices arborum, non ad ramos: vt non sola inueniatur in nobis exercitatio corporalis, ad modicum valens, sed inueniatur pariter vtilis ad omnia pietas, ⁊ exercitium spirituale. Mulier inquit martha nomine excepit illum in domum suam: ⁊ huic erat sorori nomine maria. Sorores sunt: ⁊ debēt esse contubernales. Occupatur hec circa frequens ministerium: illa dominicis est intenta sermonibus. Ad marthā spectat ornatus: sed impletio ad mariam. Vacat enim dominū: vt non sit domus vacans. Domus eam lazaro, si ⁊ vobis ita videtur: ⁊ ei siquidem fraternitatis iure cum sororibus sit ista domus communis. Dico autez lazarum quem quatriduanū iam iamq; fetentem a mortuis excitat vox virtutis: vt videatur satis congrue formam gerere penitentis. Intret ergo saluator ⁊ frequenter visitet domum illam, quā penitēs lazarus mundat? ornat martha: ⁊ maria replet interne dedita contemplationi. Sed forte curiosus quisq; requirat: cur in presenti euangelica lectione, nulla prorsus lazari mentio fiat. Arbitror sane ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Virginalē eteniz domum intelligi volens spiritus soluit nō incongrue penitentiam: que malum vtiq; comitatur. Absit enim, vt proprij quicq; inquinamenti domus hec aliquando habuisse dicatur: vt in ea proinde scopa lazari quereretur. Quod si originalem aparētibus maculam traxit? sed nō minus a hieremia sanctificatam in vtero, aut non magis a ioanne spiritu sancto repletam: crede re, prohibet pietas christiana. Nec enim festis laudibus nascens honoraretur, si non sancta nasceretur. Postremo cum omnimodo constet ab originali cōtagio sola gratia mundatam esse mariam? quippe cum ⁊ nunc baptismate sola hanc maculam lauet gratia; ⁊ sola eam raserit olim petra circumcisionis: vt omnino pium est credere proprium maria delictum nō habuit: nihilominus ab innocentissimo corde etiam penitentia longe fuit. Sit ḡ lazarus apud eos quorum necesse ē ab opibus mortuis sciētias emūdari secedat int vulneratos dormiētes

in sepulchris: vt in thalamo virginali inue
niant martha ⁊ maria tñ. Ipsa est enī que
helisabeth grauide ⁊ grandeue quasi mē
sibus tribus humili deseruiuit officio: ipsa
que verba oīa que de filio dicebant ꝓferua
bat ꝓferens in corde suo. Neminē ergo mo
ueat ꝙ suscipiens dñm mulier, nō maria ſꝫ
martha vocat: qñ in hac vna ⁊ sūma maria
⁊ marthe negociū, ⁊ marie nō ociosum ociū
inuenit. Ois qdem glia filie regis abintus
nihilominus tñ in fimbrijs aureis est circū
amicta varietate. Nō est de numero fatua
rum virginum prudēs virgo. Lampadem
habet: sed in vase oleum portat. An forte ex
cidit vobis euangelica illa parabola? que fa
tuas virgines phibendas narrat ab introi
tu nuptiaꝝ? Erat qdem domus eaꝝ mūda,
virgines enī erant? erat ornata, ꝙ simul oēs
ideſt fatue cum prudentib⁹ lampades orna
uerūt: sed erat vacans: qz in vasis suis oleū
nō acceperūt. Hinc est ꝙ nec ab eis suscipi
ī domos suas: nec admittere eas dignatur
sponsus celestis ad nuptias. Nō sic mulier
illa fortis: que serpentis caput cōtriuit. Ha
bes enim post multa in laudibus eius, quia
non extinguet in nocte lucerna ipsius. In
sugillationē hoc dicit fatuaꝝ? que veniente
media nocte sponso, querunt sero ⁊ dicūt: q
lampades nostre extinguūt. Processit igit
gloriosa virgo, cuius lampas ardentissima
ipsis quoq; angelis lucis miraculo fuit: vt
dicerent. Que est ista que pcedit sicut au
rora cōsurgēs? pulchra vt luna, electa vt sol?
Clarius enim ceteris rutilabat: quā reple
uerat oleo gratie ꝑ participibus suis, iesus
xp̄s filius eius dñs noster.

¶ Item vnde supra. Sermo. iij.

cx xj

INtrauit iesus in quoddam castelluz. Quod dñs ac saluator noster semel ī vno loco visibiliter tūc tempo ris dignatus est operari: hoc etiam nunc vbiq; terrarum in cordibus electorum ope ratur quotidie inuisibiliter. Ecce enim euā gelio loquente audiuimus? ꝙ in quoddam castellum intrauit iesus: ⁊ mulier quedam matha nomine excepit illuz in domum suā

Quod est autem hoc castellum nisi cor humanum? quod prius dominus ad illud ve niat cupiditatis fossa vallatur muroq; ob stinationis claudtur atq; interiori latitudi ne sua babilonica turre erigitur? Tria certe in omni opido sunt maxime necessaria: Victualia quibus sustententur? munitio, q̄ protegantur: arma quibus hostib⁹ resistāt. Sic ergo ⁊ huius castelli incole victum ha bent voluptatem corporis ⁊ seculi vanitatē quibus pascuntur? habent ⁊ qua reguntur propij cordis duriciam: vt verbi dei sagit tis potentibus vix aut nunq; penetrari va leant. Accinti sunt armis carnalis scz sapiē tie argumentis: quibus contra hostes repu gnant. Unde scriptum est. Filij huius secu li prudentiores filijs lucis in generatōe sua sunt. At vo christo visitante ⁊ intrāte castel lum hoc euertitur? ⁊ pro eo nouum aliō pul chrumq; ac spirituale construitur: impleſq; quod dicitur. Si qua in christo noua crea tura vetera transierunt: ⁊ ecce facta sunt no ua omnia. Sublata quippe cupiditate expā ditur ingens sinus desiderij: vt ad eius ad uentum multo magis anhelet mens ad ce lestia q̄z prius terrenis incubuerat. Jam po nitur murus continentie: antemurale pati entie. Surgit autem hoc opus a fundamen to fidei ⁊ crescit per dilectionē proximiq; ad charitatem dei que est in superiori tabu latu ⁊ in propugnaculis eiusdem muri? qa nimirum tunc est perfecta virtus continen tie: qñ in vnitate fidei cum proximis cōmu niter viuentes nō supplicij metu vel huma ne laudis appetitu sed solo diuini amoris obtentu a peccatis nos cōtinem⁹. Vel cer te charitas dei qua scz nos diligit ideo sup murum esse videtur? vt pro continenti suo pugnare significet: ⁊ quia ꝓtinentia crebris validisq; tēptatoris ictibus resistere nō pos sit nisi eius gratia protegatur. Idcirco enī antemurale patientie ponitur: ne ad impu gnandam continentiam facilis diabolo pa teat accessus. Qui ergo protegente patien tia continenter viuūt: ipsi bene cū aplo ꝓte stant ⁊ dicunt. Quis nos separabit a charī tate xp̄i? Tribulatio: an angustia: an pscu tio: an fames: an nuditas: an periculum: an

gladius? Clides q̄ solidus sit continentiū murus? quos neq̄ mors: neq̄ vita: neq̄ angeli: neq̄ p̄incipat⁹: neq̄ potestates: neq̄ virtutes: neq̄ instantia: neq̄ futura: neq̄ fortitudo: neq̄ altitudo: neq̄ pfundū: neq̄ creatura aliq̄ potest separe a charitate dei: que est in christo iesu? Sed iam pulsem⁹ ad eius portas? portas. s. iustitie vt aperiantur nobis: ingressiq̄p eas videam⁹ intus magna opa dñi exq̄sita in oēs volūtates eius. Ibi enī operāte ipso ꝙstruit tanq̄ in mōte syon euāgelica turris illa: p quā humiliato corde ascēdūt in celū sci de ꝙualle plorationis. Ascēdūt inquā nō virtute sua: sed auxilio z gr̄a dei: sicut ait spūsscūs p ꝓphetā dauid. Btūs vir cui⁹ é auxiliū abs te: ascēsiones i corde suo disposuit. Queris vbi? In ꝙualle plorationis: ꝫ est in humilitate vite p̄sentis. Et eandem ipsā gratiā replicat dicēs Eteni bñdictionē dabit legislator. Quo ät ptingat ascēsus: vel ad quē fructū pducat ascēdentes: ipsa gr̄a ꝓtin⁹ subūgit. Ibunt inqt de virtute in virtutē: videbit de⁹ deorū in syon. Hec est merces: z hic est finis z fruct⁹ laboris nr̄i: visio. s. dei. Quis nō hūc tantū fructū rebus oībus visibilib⁹ z inuisibilibus incōparabiliter p̄referat? Quis est cui⁹ vel gelidū pectus hoc desiderium nō accēdat? Hec est enī illa gr̄a quā nobis cōmendat beatus iohānes euā gelista dicens Et de plenitudine eius nos oēs accepim⁹ gratiā p̄o gr̄a. Ex quibus. s. verbis inuink ꝙ triplicē gratiā diuinitus accipim⁹? vnaz qua cōuertimur: aliam qua tētationib⁹ adiuuamur: tertiā qua ꝓbati remuneramur. Prima nos initiat in quā vocamur? secūda ꝓficit qua iustificamur: tertia cōsumat qua glorificamur. Et prima quidē beneplacitū est: secunda meritū: tertia p̄miū. De duabus reliquis dictū est: z gratiā ꝓgr̄a. i. munera eterne glie p̄o merito tpal⁹ militie Sit ergo prima gr̄a in muro continētie: ad quā vocamur? sit secunda in ascensu turris quā ascendimus: sit tertia in eius culmine quo peruenim⁹. Dic itaq̄ id est in hoc culmine cum ad illud perueniunt: qui bene ꝓficiunt fiunt iam locus z sedes dñi: de quibus scriptum est: Illuc enī ascenderūt tribus tribus dñi testimoniū israel: ad confitendū nomini dñi: quia illic sederūt sedes. Et quidem dum adhuc erant in muro continētie z in acie stabant impugnari poterāt Et primo tanq̄ adiutor nor⁹ erat in iudea deus. Cum vo iam in ista statione consistūt vbi dñm speculant: in israel magnū nomen eius. Et factus est in pace locus eius: z habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias arcum scutū z gladium z bellum: quia ibi nullus mor⁹ carnis resistit: sed omnimodis subiecta est spiritui. Nunc locum ardēter desiderabat ꝓpheta cum diceret: Si dedero somnū oculis meis z palpebris meis dormitationē: z requiē tpibus meis donec inueniam locū dño. Nunc etiam volare cupiens? quis inquit dabit mihi pēnas sicut columbe z volabo z requiescam? Jam vo si queratur de castelli huius habitatoribus quis cibus ad sustentandū: quod munimē ad protegendum: que arma suppetāt ad repugnandū? possumus satis rationabiliter respōdere: q̄ quemadmodum carnalibus carnis opera fuerunt victus: ita his multo melior cibus sit fructus spirit⁹. Cibus eoz est vt faciant voluntatem omnipotētis patris. Cibus eoz est verbum dei: quo pascūtur omnes sācti tā homines q̄z angeli. Un̄ scriptum est: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Jd unimentū eoz est sicut dictum est murus continētie: z antemurale patientie. Habent contra hostes arma que describit apostolus loricam iustitie? scutum fidei: galeaz salutis: z gladium spiritus quod est verbū dei. Nec quēquā moueat q̄ idem verbum dixerim esse z cibum z gladiū: quasi impossibile vel absurdū sit. In rebus quippe materialibus aliud hoc: aliud est illud: z alibi queritur hoc: alibi illud? in rebus vo spiritualibus non aliud hoc est q̄z illud: nec alibi queritur hoc: alibi illud: sed omnia sunt nobis in deo: z est deus oīa in nobis. Ecce enim in natura rerum? quid tam diuersum q̄z panis z lapis? Et tamen si ad intellectuz misticū referas: vtrūq̄z idē significat. Nā idem christus dictus est z panis z lapis? panis scilicet viuus: z lapis quem rep̄obaue

runt edificates. Utrūq; quidem per significationem: licz neutrum sit per proprietatē Sed iam reuertamur ad propositum. Intrante ihesu in hoc castellū: due sorores martha z maria id est operatio z intellect⁹ excipiunt illum. Excipiunt dixerim? an excipiunt? Sed siue h̄ siue illud dicat: vtrūq; prodest illis: non ihesu. Et ihesus quidē cum ad illas venit: duo confert eis congruentia singulis: virtutem z sapientiā: virtutē operationi: sapientiam intellectui. Unde etiā ab apostolo predicatur dei virtus z dei sapientia. Sed quid est q̄ intrantē eum martha excipit discurrit ministrat? maria vo secus pedes sedens ingressi in eius verbum cor suspendit? nisi quia pri⁹ est actio: postea vo contemplatio? Quisquis enim ad intelligentiam peruenire desiderat: profecto necesse est vt prius per opera bona sese diligēter exerceat: sicut scriptum est: Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiā: z de⁹ prebebit illā tibi. Et alibi: A mādatis tuis intellexi. Et fide purgans corda eor. Qua fide? Fide per dilectionem operante. Habet martha dum agit formam bene operātis? maria vo speciem exprimit contemplationis: dum sedet: dum tacet: dum interpellata non respondet: sed tm̄ in dei verbū toto mentis studio intendit? ac solam quā diligit gratiam diuine cognitionis cetera respuens medullitus haurit: foriscq; velut insensibilis redditur dum intus ad contemplanda dñi sui gaudia felicissime rapitur. Sine dubio talis est illa que in canticis loquit: Ego dormio: z cor meū vigilat. Duobus autem modis martha excipit dominū: et duplex ei communiō parat: quia duobus modis excluserat eum. Duo quippe sunt i operatione que nobis deum auferunt? flagitia dicimus que in nobis: facinora que i proximos peccando committimus. Item sunt duo que reddunt: continentia z benignolentia: vt scilicet ex contrarijs contraria curentur. Hinc enim scriptum ē: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie z iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete iustitie in sanctificationez. Dum ergo parandis talibus occupatur epulis martha multum satagens pro parte: vult etiam mariam id est intellectum z omnia interiora sua actioni insistere: operiq; suo perficiēdo operam dare. Itaq; conqueritur de sorore q̄ ab ea non adiuuetur: non tamen ad ipsam sed potius ad dominū querelam dirigens. Domine nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Ubi sane aduertenda est dilatio quedam z honoris obsequium erga deum? q̄ scilicet ipso presente non fit ausa martha euocare mariā: quinimo z apud ipsum querelam deposuerit ipsumq; dominum vocauerit in cuius potestate sit imperare sorori quicquid necesse fuerit. Non ergo miremur si quempiam laborantem z bene operantem aduersus fratrem vacantez murmurare videamus: quia hoc in euangelio legimus marthā fecisse aduersus mariam. Or autem maria quandoq; murmurauit aduersus marthā eo q̄ eius actionibus implicari vellet: nusquā omnino reperitur. Neq; enim vtrūq; simulagere cōpetenter sufficeret? z curis scilicet exterioribus deseruire: z internis sapientie desiderijs vacare. De ipsa quippe sapientia scriptum est: Et qui minoratur actu: percipiet illam. Propterea maria sedet imotaq; manet? non vult interrumpere silentij quitem ne iocundā amittat contemplationis quietem: presertim cum intus ipsum audiat dominum dicentem: Uacate z videte quoniam? suauis est dominus. Hic sane considerandum est: tria esse que impediunt contemplationē. Equidem anime nostre oculus intelligentia est. Sicut enim oculo corporis lux corporea z cetera queq; corpora lia videntur: ita deus qui est lumen incircumscriptum z eius inuisibilia vbicūq; intellectu percipiunt. Differunt aūt in hoc interior z exterior oculus? q̄ exteriori quidē lux corporea extrinsec⁹ vt videat admouet interiori vo creatoris lumē intrinsecus vt discernat infunditur. Utrūq; vo oculum tria sunt que ad videndum impediūt. Animum ergo de exteriori atq; visibili differat ratio nostra: vt de rebus visibilib⁹ ordine disputādi facili⁹ assurgat ad intelligētiā

Potest sane fieri vt ille sanus sit ⁊ pateat: sz qñ lux exterior ei desit nil videat. Econtrario fit aliqñ: vt presens ei quidem lux sit: sz forte sanguine seu quolibet humore concreto turbat⁹ cernẽ minime possit. Itez solet plerūqz contingere vt neutruz desit illi nec lux nec salus: sed tñ aliq̃ puluerisiteriectione ledatur: quo fit: vt eius acies retundat. Sunt ergo tria ista que hunc oculum impediunt: tenebre humor concretus: puluis iniectus. Hec ipsa sunt etiam quibus interior ille impeditur: sed alia nomina sortiunt. Nam quidem hic tenebre: ibi peccata dicũtur. Ipsa vo peccata confluunt in memoriã quasi in quandam sentinam. Et hic est ille humor concretus. Quod autez hic puluis dicitur: hoc ibi cura terrenor actuum nuncupatur. Hec igitur tria sunt que oculum intelligentie confundunt atqz a cõtemplatiõe veri luminis excludunt: tenebre scz peccatorum: recordatio eorũdem: cura terrenor actuum. Primo illo morbo turbatum se plãgebat pphet cum diceret. Dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Cum enim luce iustitie destituimur: nil aliõ q̃z peccator nostrorum tenebras inuenimus. Item secundo se grauari sentiebat quãdo dicebat. Conuersus sum in erumna mea: dum configitur spina peccatorum scz recordatio. Tertio occupari se conqueritur cum ait. Quia cinerem tãq̃z panem mãducabam. Cinerem scilicet actionis: pro pane contemplationis. Quicũqz ergo mentis oculum diuine contẽplationi vult intendere: profecto necesse est: vt eum prius ab hoc triplici impedimento studeat purgare. Quod si quis facere contendat: nouerit contra triplicem morbum triplex quoqz fore remedium. Nam quidem primus per confessionem: secũdus per orationem: tertius curatur per quietem. Hoc tertio ideſt cura actionis poterat ab intentione sua prepediri maria: ideoqz martha ministrante sedet ipsa manetqz quieta. Illa igitur conquerente ⁊ ista tacente: audiam⁹ quid dñs pro maria responderit. Martha inquit sollicita es: ⁊ turbaris erga plurima. Erga plurima quidem turbaris? dũ ⁊ tibi continentiaz: ⁊ proximis paras necessitatis impensam. Nam vt continentiam habeas sollicita es vigilare ieiunare corpus tuũ castigare? vt ceteris pstes: instas operi: vt habeas vnde tribuas necessitatem patienti. Porro erga hec plurima turbaris: sed vnũ est necessarium. Nisi enim in vnitate opus tuum feceris: deo qui vnus est acceptum perfecto non erit. Scriptum quippe est. Nõ ẽ qui faciat bonum: nõ est vsq̃z ad vnũ. Hinc est q in illa piscina mouebatur aqua: ⁊ sanabatur vnus. Hinc etiam q decem leprosi mundatis: vnus regressus est cum magna voce magnificans deum. Cui etiam dñs ceteris reprobatis testimonium laudis ascripsit dicens. Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret ⁊ daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Paulus quoqz ait. Omnes qdez currunt: sed vnus accipit brauium. His itaqz ⁊ aliis q̃plurimis sanctaz scripturarũ eloquijs perspicue docemur q̃z vnitas pbabilis fit: maxime aũt ex presenti loco vbi dñs ait. Porro vnum est necessariũ. Sed sciendum est q alia est vnitas sanctor quã ex scripturis iam cõmendauimus: alia ẽ facinorosor que nihilominus ex eisdem scripturis ostẽditur ⁊ improbat. De hac enim scriptũ est. Astiterunt reges terre ⁊ principes conuenerunt in vnum: aduersus dñm ⁊ aduersus xpm eius. De hac iterum euangelista. Abeuntes pharisei osculuz inierũt: vt caperent iesum in sermone. Et itez. Collegerũt põtifices ⁊ pharisei osculium. Ut qd hoc? Sicut ioãnes testat: vt interficerẽt iesum? O q̃ vo ptinax fit ista reproboz vnitas: docet ipse dñs qui de corpore diaboli ad beatũ iob logtur dicens Corpus illius quasi scuta fusilia: ⁊ cõpacta squamis se prementibus. Una vni cõiũgit: ⁊ ne spiraculum qdẽ incedit per eas. Una alteri adherebit: ⁊ tenẽtes se nequaq̃z separabũtur. Talis vnitas imo vo peruersitas solet esse aliquor fratrum tepide ac remisse conuersantium: quibus si quid honestatis aut insignie cuius q̃z bone consuetudis persuadere velis promptiores sunt maiori dispendio ac difficultate grauiori resistere: q̃z facili cõpendio assequi velle qđ rectũ eſt

constiterit. Peruersa ⁊ execranda talis vnitas. Hac ergo a cordibus ⁊ sermonibus nostris exclusa. illā que bona est ⁊ tñ bonorū est prosequamur. Et ipsa quidem gemina ē Alia est enim que iustificat: alia que glorificat. Illa meritū: ista premium est. Deniq; de illa scriptum est. Multitudinis credentium erat cor vnum: ⁊ anima vna. De hac autem. Qui adheret dño: vnus spīr⁹ est. Et quoniam in futuro magis speranda est res: est enim futuri temporis magis q̄ presentis: eam interim omittamus: ⁊ a deo speremus potius q̄ tractemus. Illam vō que iustificat que etiam nūc potissimum necessaria est: in vsum nostri operis assumamus. Ipsa enim est decus suauitatis: quā dulcedine sacra insonat psalmista. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum: habitare fratres in vnum. Cui⁹ veritatis cū descripsisset ppheta pulchritudinem eius etiam non tacuit vtilitatem: qñ illic inquiens mandauit dominus benedictionem vitam. Hic scz benedictionem: ⁊ in futuro seculo vitam eternaz. Ipa est inq̄ vnitas: quā summa diligentia obseruandam tradit apostolus dicens. Solliciti seruare vnitatez spīritus: in vinculo pacis. Seruatur autem hoc vnitatis bonum duobus modis: ab his qui curam gerunt seruandi. Debet quisq; perfectus vnitatez habere ad seipsum: debet ad proximuz. Ad seipsum per integritatem: ad proximuz per conformitatem. Omnis quippe creatura ⁊ maxime rationalis: debet suum principium imitari. Si igitur deus noster vnus est dicente moyse: audi israel dñs deus tuus de⁹ vnus est: sed ⁊ ille cum sit vnus ⁊ idem atq; in seipso perfectus nec vllo indigens inest ei tñ benignitas erga nos ⁊ amor ⁊ benivolentia in nos veniens: debemus ⁊ nos q̄sq; sibi vnus esse per integritatem virtutis: et vnum cum proximis per vinculum dilectionis. Hanc imitationem loquens de charitate nobis cōmendat apostolus ioānes dicēs Quia sicut ille est ⁊ nos sumus in hoc mundo. Sed hanc vnitatem quā quēq; sibiipsi diximus debere habere tria sunt que solēt impedire: nimietas: pusillanimitas: leuitas Et nimij quidem sunt qui putāt se posse qō non possunt: ⁊ quod non acceperunt presumunt. Quorum speciem tenebat petrus in passiōe domini: cum diceret. Domine tecū paratus sum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire Pusillanimes contrarij sunt nimis: ⁊ hoc quoq; tenuit imaginem petrus cū diceret. Exi a me: quia homo peccator sum domine Leues sunt ⁊ inconstantes qui circunferūt omni vento doctrine: quibus quod paulo ante placuit nunc displicet: ⁊ quod nūc eligunt post paululum reprobabunt. Sz quid prodest hec vitia enumerare: nisi doceam⁹ etiā quib⁹ remedijs ea possit in seipso q̄sq; curare. Persequamur vnitatis inimicos: nec conuertamur donec deficiant. Igitur contra nimietatem: opponenda est consideratio proprie fragilitatis. Ipsa enim est que odiosam presumptionem potissimum deijcit. Contra pusillanimitatem habenda est fiducia diuine potestatis: vt quod tuis viribus non posse putas: ex illius adiutorio possis: ⁊ cum apostolo dicas. Omnia possū: in eo qui me confortat christus. Contra leuitatem adhibenda est consultatio senioris ne scz doctrinis varijs ⁊ peregrinis abducaris: sed facias quod lex diuina tibi pscribit. Interroga patrem tuum ⁊ annūciabit tibi: maiores tuos ⁊ dicent tibi. Diximus de illa vnitate quam habet quisq; ad seipsum: dicamus iam ⁊ de illa quam habet ad proximum. Sed ⁊ illa duobus modis habetur: dum ⁊ nos per dilectionem tendimus in alterum: ⁊ alterius quoq; vicissim in nobis recipimus affectum. Et hec etiam duobus modis impeditur: obstinatione ⁊ suspitione. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi: nec suspitio patitur credere nos ab alijs amari. Ita fit: vt dum nec nos alium obstinati diligimus: nec ab alijs diligi suspicioſi putamus: vnitas que cum proximis habenda est impediatur. Verum huic duplici morbo duplex charitas medetur: illa scilicet que non sua querit: ⁊ iteruz illa que omnia credit. Habeat obstinatus charitatem non querentem que sua sunt: et alios diligat. Habeat suspicioſus charitatem omnia credentem: et ab alijs se diligi fine dubio credat.

xx
c ij

CItem vnde supra. Sermo quartus.

Intrauit iesus i quoddã castellum: ⁊ mulier q̃ dã martha noie excepit illum in domũ suaz. Quid ẽ fratres q̃ ex duabus sororibus tñ altera dñm legit excepisse? ⁊ ea ipsa que videt inferior? Optimã enim partẽ elegit maria: teste ipo quem martha suscepit. Sed por natu martha videt: ⁊ salutis initiũ sibi magis actio q̃z ꝓtẽplatio noscit vendicare. Laudat xps mariã: sed a martha suscipit: amat rachaelẽ iacob: ⁊ lia supponit ignozãti. Si ꝺ fraude querit: audiat nõ eẽ cõsuetudinis: vt iuniores ꝑus tradant ad nuptias. Q; si luteã hãc cogites domũ: facile erit noscꝫ quẽadmodum in ea dñm martha magis accipiat q̃z maria. Quid enĩ ait aplꝰ: Glorificate ⁊ portate deuz in corpe vestro: marthe dicit nõ marie. Nec nimiz corpis vtik instrumẽto cũ illi potius sit ipedimẽto. Deniq; corpus ingt qꝺ corrũpit aggrauat animam: ⁊ depmit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtẽ. Nũqd ⁊ operãtẽ? Martha igit i domũ suã excipit saluatorem in terris: maria potius cogitabat quẽadmodũ ab eo suscipiat in domo nõ manufacta eterna i cel' Forte tñ ⁊ ipa dñm suscepisse videt: sed in spũ. Dñs enim spũs ẽ. Nunc ingt haud dubiũ qn marthe: soror erat noie maria. Que etiã sedens secus pedes dñi: audiebat verbũ illius. Vides q; vtraq; suscipit verbuz? hec in carne: illa in voce? Martha autẽ satagebat circa frequẽs ministeriũ. Que stetit ⁊ ait: Dñe nõ ẽ tibi cure? q; soror mea reliqt me solã ministrare? Putas in domo in qua xps suscipit? vox murmuris audietur? Felix domus ⁊ beata semp cõgregatio est: vbi de maria martha cõqueriꝫ. Nã marie marthã emulari: prorsus indignũ: prorsus illicitũ ẽ. Alioqn vbi legis mariã causantẽ q; soror mea reliqt me solam vacare? Absit vt q deo vacat: ad tumultuosaz aspiret fratrũ officialiũ vitã. Martha semp insufficiens sibi ⁊ minus idonea videat: aliꝰq; magis id operis qꝺ administrat optet ꝑponi. Respõdit autẽ ei iesus. Martha martha solicita es: ⁊ turbaris erga plurima. Vide ꝓ rogatiuaz marie qua in omni cã habet aduocatũ. Indignaf fiquidẽ pharisei: conqueriꝫ soror: ⁊ etiaz discipuli murmurant? vbiq; maria tacet: ⁊ p ea loquiꝫ xps: Optimã ingt partẽ elegit scilicet maria: que nõ auferet ab ea in eternũ. Hoc vnũ illud necessariũ ẽ: hec vna quã ꝓpbeta tã sedule requirebat. Vnã ingt petij a dño: hãc requirã. Quid tñ sibi vult fratres q; optimã ptẽ maria dicit elegisse? Vbi iã erit qꝺ aduersus eam pferre solemus? si qñ forte administrãtis marthe turbationẽ ⁊ inequalitatez iudicare voluerit melio: est iniqtas viri q̃z benefaciẽs mulier? Vbi erit ⁊ illud? si qs mihi ministrauerit honorificabit eũ pater meus? Et illud? qui maior ẽ vestrũ: erit minister vester? Postremo que cõsolatio ẽ laborãti? quasi in eius sugillationem ptẽ sororis attollere? Vnũ ergo arbitror e duobus vt aut de electione maria laudet q; ps ipa quãtũ in nobis ẽ sit omnibus eligẽda? aut certe vt neutrũ defuisse dicaf: nec in partẽ quãlibet ꝓcipitasse sententiã: sed ad obedientiam ꝓceptoris in vtrũlibet sit parata. Quis enim sicut dauid fidelis? egrediens ⁊ ingrediens ⁊ paratus ad imperiũ regis? Deniq; paratũ inquit cor meuz: paratum cor meu? nõ semel tñ sed ⁊ secundo: ⁊ vacare tibi: ⁊ primis ministrare. Nec plane ps optima: que nõ auferetur. Nec mens optima: que non mutabiꝫ quacũq; vocaueris eã. Bonũ enim acquirit graduz qui bene ministrauerit: forte meliorem qui bene vacauerit deo: optimũ autẽ qui ꝓfectus est in vtroq;. Unum adhuc dico: si tñ id de martha liceat suspicari. Nõne enim quasi ociosam reputasse videt? quã sibi dari petijt ad iutricẽ? Sed carnalis est: ⁊ omnino nõ percipit que sunt spũs dei: si quis forte vacãtẽ animã: sua de vacatiõe redarguit. Audiat igitur optimã esse hãc partem que maneat in eternum. Nunquid enim nõ rudis quo dãmodo videtur anima? que diuine ⁊tem platiõis penitus expers illã intrauerit regionem: vbi hoc vnum omniũ opus vnũ studium eadem vita? Sed consideremus fratres quẽadmoduz in hac domo nostra tria

hec distribuerit ordinatio charitatis: martheadministrationē? marie cōtemplationē lazari penitentiā. Habet hec simul quecūq; perfecta est anima: magis tñ vident ad singulos singula ptinere? vt alij vacent sancte contemplationi: alij dediti fraterne ad ministrationi: alij in amaritudine anime sue recogitēt annos suos: tanq; vulnerati dormientes in sepulchris. Sic plane sic opus ē vt maria pie ꝛ sublimiter sentiat ō deo suo martha benigne ꝛ misericorditer de proximo: lazarus misere et humiliter de seipo. Gradum suum quisq; consideret. Si inuēti fuerint in ciuitate hac noe daniel et iob: ipsi iusticia sua liberabūtur ait dñs: sed filium aut filiam non liberabunt. Nemini nos blandimur: vtinam nec nostruz qspiā se seducat. Quibus enim nulla credita est dispensatio administratio nulla commissa? his omnino sedēdum erit aut secus pedes dñi cum maria: aut certe cum lazaro inter septa sepulchri. Quidni erga multa turbetur martha? que solicita est p multis? Tibi ergo cui necessitas non incūbit ex duobus vnum est necessarium: aut non turbari penitus: sed delectari magis in dño: aut si id necdum potes turbari non erga plurima: sed vt de se ppheta loquitur ad tei pm. Iterum dico: ne quis de ignorantia habeat excusationem. Oportet te frater ad quem de fabricanda seu regenda inter vndas diluuij archa nil spectat? aut virum esse defideriorum: vt daniel erat: aut cum beato iob virum doloruz ꝛ scientem infirmitatem. Alioquin vereor ne tepidum ꝛ nauseam p uocantem] euomat ex ore suo: qui inuenire te cupit: aut sui considerationem calidum ꝛ charitatis igne flagrantem: aut tua ipsius cognitione frigidum ꝛ timoris aq̄ ignita diaboli iacula restringētem. Sed ꝛ ipaz quoq; martham admonitam esse necesse ē id maxime queri inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Erit autem fidelis si neq; que sua sūt querat: sed que iesu xp̄i: vt sit intentio pura: nec suam faciat: sed domini voluntatez: vt sit actio ordinata. Sūt enim quorum non simplex est oculus: ꝛ recipiunt mercedem suam? sunt qui ferūtur propriis motibus animoruz ꝛ contaminata sunt vniuersa que offerunt: quippe cuz voluntates eorum inueniantur in eis. Veni nunc mecum ad nuptiale carmen ꝛ consideremus quemadmodū sponsus sibi spōsam vocat: nec vllum omiserit ex trib⁹? nec eis addiderit quicq̄. Surge inquit amica mea? propera formosa mea: colūba mea ꝛ veni. An non amica est que dominicis lucris intenta? fideliter ipsam quoq; p eo ponit animam suam? Quotiens enim p vno ex minimis eius spirituale studium intermittit: totiens pro eo spiritualiter animam suam ponit. Aut non formosa? que reuelata facie gloriam domini speculando in eandem imaginem transformatur de claritate i claritatem tanq; a domini spiritu? An nō columba? que plangit ꝛ gemit in foraminibus petre in cauernis macerie tanq; sepulta sub lapide? Mulier ait martha nomine excepit illum in domum suam. Certum est huiusmodi tenere locum fratres officiales quos fraterne charitatis intuit⁹ varijs administrationibus deputauit. Vtinam autem ꝛ ego ipe inter dispēsatores fidelis merear inueniri. Quibus enim conuenientius videtur aptandum quod dominus ait: martha martha solicita es q̄ prelatis? si tamen digna in solicitudine presint. Aut qs turbatur erga plurima? nisi cui ꝛ marieva cantis ꝛ lazari penitentis: sed ꝛ ipsoruz quibus partitur onera vniuersa solicitudo incumbit? Vide martha solicitam: vide martham turbatam erga plurima. Apostolum loquor: qui platos solicitudinis admonēs: gerit ipe solicitudinem omnium ecclesiaz. Quis infirmat inquit? ꝛ ego nō infirmor? Quis scādalizat? ꝛ ego nō vror? Suscipiat igit martha dñm in domū suā: cui nimiru credita ē dispēsatio dom⁹. Mediatrix est vt sibi pariter ꝛ subiectis salutē obtineat: suscipiāt gram sicut scriptū est. Suscipiāt montes pacem populo: ꝛ colles iustitiam. Suscipiant ꝛ ceteri coadiutores eius singuli pro q̄litate ministerij sui excipiāt xp̄m seruiant christo: ministrēt ei membris suis ille in infirmis fratribus: ille in pauperibus: ille in hospitib⁹ ꝛ pegrinis. Quibus

ita solicitis circa frequens ministeriū: videat maria quēadmodum vacet ⁊ videat qñ suauis est dñs. Videat inq̄z quā deuota mente q̄z tranquillo sedeat animo secus pedes iesu: puidens eu⁹ semp in cōspectu suo ⁊ vba ex eius ore excipiēs cuius ⁊ aspectus delectabilis ⁊ eloquiū dulce. Diffusa est gr̄a in labijs ei⁹: ⁊ est speciosus forma p̄ filijs hominū: imo sup oēm gl̄iaz angelo⁹. Gaude ⁊ gr̄as age maria: q̄ ptem optimā elegisti. Beati enī oculi q̄ vident q̄ tu vides: zaures q̄ merent audire que tu audis Btā plane q̄ venas diuini sussurij p̄cipis in silentio: in quo vtiq̄z bonū est homini dominū expectare. Simplex esto nō tantū sine dolo sed etiā absq̄z multiplicitate occupationū: vt tecū sit sermocinatio ei⁹ cuius ⁊ vox dulcis ⁊ facies decora. Unū caue ne incipas abūdare in sensu tuo ⁊ vel plus sapere q̄z oporteat sapere: ne forte dum lucē sectaris impingas in tenebras illudente tibi demonio meridiano: de quo nō est huius tēporis disputare. Iam lazarus quo deuenit? Ubi posuistis eum? Sorores allo quor? que sepelierunt fratrez p̄dicatiōe ⁊ ministerio: exemplo ⁊ oratiōe. Ubi ergo posuistis eum? Absconditⁿ est fossa humo sub lapide iacet: non facile inuenitur. Propterea non erit incongruum quatriduano quartum seruare sermonem: vt iuxta saluatoris exemplum audientes ecce quem amas infirmat: vt nos maneam⁹ hic de isto

Item vnde supra

Sermo quintus.

xx ij

TEmpus loquē di est omni carni cum assumit incarnati verbi mater in celū nec cessare debet a laudibus humana mortalitas: cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Sed de ei⁹ gl̄ia nec silere deuotio patitur: nec dignum aliquid sterilis cōcipere cogitatio: aut in erudita poterit locutio parturire. Hinc est q̄ ⁊ ipsi celestis curie p̄ncipes in consideratione tante ⁊ nouitatis: clamant nō sine admiratiōe. Que est ista que ascendit de deserto? delitijs affluens? Ac si manifestius dicant. Quanta est hec: aut vnde ei ascendenti vtiq̄z de deserto affluentia tanta delitiarum? Nec enī pares inueniunt delitie vel in nobis quos in cunicate domini letificat fluminis impetus: qui a vultu gloie voluptatis gloie potamur. Que est ista? que desub sole vbi nihil est nisi labor ⁊ dolor ⁊ afflictio spiritus: ascendit delitijs spiritualibus affluens? Quidni delitias dixerim virginitatis decus cum munere fecunditatis humilitatis insigne distillantem charitatis fauū? misericordie viscera plenitudinem gratie p̄reragatiuam gloie singularis? Ascendens igitur de deserto regina mundi: etiam angelus sanctis vt canit ecclesia speciosa facta est et suauis in delitijs suis. Desinant tamen deserti huius mirari delitias? quia dominus dedit benignitatem: ⁊ terra nostra dedit fructum suum. Quid mirātur de terra deserta mariaz ascendere delitijs affluentē? Mirent⁹ pot⁹ pauperē x̄pm de celestis regni plenitudie descendēte. Longe enī āplior miracl̄o dignū videt⁹ dei filiū paulominus ab āgelis minorari: q̄z dei matrē super angelos exaltari. Illius qdem exinanitio facta ē repletio nr̄a: illius miserie mūdi delicie sunt. Denīq̄z cum diues esset p̄pter nos factus est paup: vt nos eius inopia ditaremur. Sz ⁊ crucis ignominia: credentū facta ē gloria. Adhuc aūt ad mo numētū ꝑperat vita nostra: vt quatriduanum reducat a monumēto ⁊ eū de quo vobis hodie si bene meminit charitas vestra ꝑmo debetur: lazarū querit vt queratur et inueniatur a lazaro. In hoc enim ē charitas non quasi nos dilexerim⁹ deum: sed q̄ ipse p̄ior dilexit nos. Age igit dñe: quere quē amas: vt ⁊ amanti facias ⁊ querēti. Quere vbi posuerūt eū. Jacet enīz clausus ligatus oneratus. Jacet in ergastulo cōsciētie: tenetur in vinculis disciplīe: ⁊ tanq̄z lapide superposito p̄mit: ⁊ opp̄imit onere penitentie? eo q̄ desit interim fortis vt moz dilectio: et charitas omnia sustinēs. Et in his omnibus iam fetet domine: quatriduanus est enim. Credo multorum iam ingenia p̄euolant: vt intelligant quem

velim dicere lazarū. Cum sine dubio q nuper pctō mortuus fodit sibi parietē vt vide at abhoiationes multas ⁊ malas prauī ⁊ in pstrutabilis cordis sui: iuxta ppham aliū ingressus in petraz absconditus fossa humo a facie furoris dñi. Sed quid est dñe? Jaz fetet: quatriduanus est enī. Forte enī feto rem istū: ⁊ q̄ttuor dies istos nō ꝯtinuo qs intelligat. Ego primā arbitror timoris diez qua nimirū irradiante cordibus nostris peccato morimur: ⁊ quodāmodo sepellim in cōscientijs nostris. Secunda ni fallor in labore certaminis. Solet nēpe iter primor dia conuersionis acrius insurgere tētatio prauе cōsuetudinis: ⁊ vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris esse videtur duz recogitat quis an nos suos in amaritudie aie sue: nec tā laboratl decl nādo futura q̄z p̄terita plāgēdo ꝺplorat. Mirari sq̄ hos dixerī dies? Sz tales sepulture debentur dies nebule ⁊ caliginis: dies luctus ⁊ amaritudinis. Sequitur dies pudoris nō dissimilis tribus quā do iam horribili confusione operetur aīa miseranda? dum nimis ꝯsiderat q̄ ⁊ quanta reliquerit: ⁊ in occultis cordis tetras ver sat imagines pcōz. Aius huiuscemōi nihil dissimulat? sed dijudicat: sed exaggerat: sz aggrauat vniuersa. Non sibi pcit durus i dex in semetipsuz Utilis qdem exacerbatio ⁊ digna miseratione crudelitas facile si bi diuinā cōcilians gram: dum pro eo mēs emulatur etiam contra seipsam. Uerumtamen lazare veni foras: ne in tanto fetore diutius immoreris. Caro putrida putredini proxima est: ⁊ qui confunditur vehemē tius ⁊ tabescit ppe est vt dispet. Propterea lazare veni foras. Abyssus abyssum inuocat: abyssus luminis ⁊ mie abyssuz miserie ⁊ tenebrarum. Mdatoz illius bonitas q̄z inigtas tua ⁊ vbi pctm̄ abundat supabūdare ⁊ gratiā facit. Lazare inqt veni foras. Ac si manifestius dicat. Quo vsq̄z conscientie tue caligo te detinet? Quamdiu in cubili tuo graui corde cōpungeris? Veni foras procede respira in lucē miserationū meaz Hoc enī est qđ in ppheta legisti. Infrena bo os tuū laude mea: ne peas. Euidentius quoq̄z ꝓpheta alius de seipso dicit. Ad me ipm aīa mea turbata est: ppterea memoz ero tui. Jā vero qd sibi vult qđ ait tollite lapidē? ⁊ post pauca soluite eū? Nūqd post visitationē gratie ꝯsolatis cessabit agē penitētiā qm̄ appropiquauit regnū celoz? aut abiciet disciplinā ne forte irascaī dñs ⁊ pereat de via iusta? Tollaī lapis sz pēitētia maneat nō iā pmēs ⁊ onerās szuuidā ⁊ robustā mētē roborans magis atq̄z cōfirmās nimiz cuius sz sit quē antea nesciebat dñi facere volūtatē. Sic ⁊ disciplina iā libez fi cōstrigit sm illud: iusto nō ē lex posita: sed volūtarīū regit ⁊ dirigit viā pacis. Super hac lazari suscitatiōe? manifesti° psallit propheta. Nō dereliques ait aīam meā in iferno? q: vt dixisse me memini: scdo hui° festi uitatis die fern° qdē ⁊ carcer aie rea ꝯscia ē. Nec dabis sāctū tuū nō sinū ipius sz tuū vtiq̄z quē ipse sctificas videre corruptiōez Corruptioni siquidē prim° erat q̄triduan° qui ceperat iam fetere. Prope erat vt penitus dissolueret ⁊ veniēs i profundū malo contineret impius: sed preuentus vocē virtutis ⁊ ab ea viuificatus gratias agit dicens. Notas feeisti mihi vias vite. adim plebis me leticia cum vultu tuo. Ad ipius siquidē contēplationem euocasti ⁊ eduxisti ab inferno aīam meam dum anxiaret sup me spūs meus intuens conscientie proprie faciem nimis abhominandam. Clamauit inqt voce magna. Lazare veni foras. Magna vtiq̄z voce! non tam sono clamola: q̄z pietate ⁊ virtute magnifica. Sed quo deue nimus. Nunqd non supra celos virginem prosequebamur. Et ecce cum lazaro descē dimus in abyssuz. A splendore virtutis ad fetorē q̄triduani procliuis decurrit oratio. Cur hoc nisi q: pōdere ꝓpo ferebamur? ⁊ trahebat nos materia tanto vberior vtiq̄z quāto familiarior? Fateor ipitiā meā pusillanimitē propriam non abscondo. Non est equidē q me magis delectet sed nec est qđ terreat magis: q̄z de gloria virginis matris habere sermonem. Ut enim fileaz interim ineffabile priuilegiū meritoz ⁊ progatiuam penit° singularē? tāto eā deuotiōis affectu aplectūtur honorāt suscipiunt vt dignum

est vniuersi: vt licet de ea loqui gestiãt oẽs tñ quicqd dici de indicibili eo ipo qdici potuerit min⁹ gratũ sit min⁹ placeat min⁹ accepet. Quidni min⁹ sapiat qcqd de in cõp:ehẽsibili glia cõp:ehẽdere potuit mẽs humana? Ecce enĩ si in ea laudauero virginitatẽ: multe mihi virgines post eã vident offerri. Si in ea humilitatẽ p̃dicauero: inuenient forte vel pauci q docẽte filio ei⁹ mites facti sunt z hũiles corde. Si magnificare voluero misericordie ei⁹ multitudinẽ: sunt alĩq mie viri etiã z mulieres. Vnũ est in quo nec primã similẽ visa est nec hr̃e sequẽtez gaudiũ matris hñs. cũ virginitatis honore. Optimã ptem elegit sibi maria Optimã plane? qz bona fecunditas ꝓiugalis: melior autẽ castitas virginalis: p̃sus autẽ optima est secũditas virginea seu fecũda virginitas. Marie priuilegiũ est non dabit alteri: q: nõ auferet ab ea. Singulare est ſz ꝓtinuo etiã idicibile inuenit: vt quẽadmodũ nemo assequi possit fic nec eloq quidẽ Quid si z illud adijtias cui⁹ mater? Que poterit lĩgua etiã si iã angelica sit digni⁹ extollere laudibus virginẽ: matrẽ autẽ nõ cuiuscũqz sed dei? Duplex nouitas: duplex p̃rogatiua? duplex miraculũ: sed digne prior sus aptissimeqz ꝓueniens. Neqz enĩ filius alius virginẽ: nec deũ decuit partus alter Ueruntñ nõ hoc tñ si diligẽter attendas? sed ceteras quoqz virtutes singulares prior sus inuenies in maria: q̃ videbant esse cõmunes. Que enĩ vel angelica puritas virginitati illi audeat cõpari? que digna fuit spũs sancti sacrariũ fieri et habitaculũ filij dei? Si rerũ prętia de raritate pẽsamus? q̃ prima in terris angelicã ꝓposuit ducere vi tã sup oẽs est. Quõ inqt fiet istud? Nñ virum nõ cognosco. Immobile ꝓpositũ virginitatis: qõ nec angelo filiũ ꝓmittẽte aliquatenus titubauit. Quõ inqt fiet istud? Neqz enĩ eo modo quo fieri solet ĩ ceteris Uirum penit⁹ nõ cognosco: nec filij desiderio nec spe plis. Quãta vero z qz preciosa humilitatis virt⁹? cum tanta puritate cum innocentia tanta cũ ꝓscientia prior sus absqz delicto: immo cũ tanta gratie plenitudine Unde tibi humilitas? z tanta humilitas o beata? Digna plane quã respiceret dominus? cuius decorem cõcupisceret rex: cui⁹ odore suauissimo ab eterno illo paterni sinus attraheretur accubitu. Unde enim qz manifeste sibi concinnant virginis nostre canticum z nuptiale carmẽ: nimirũ cuius vterus sponsi thalamus fuit. Audi mariaz in euangelio. Respexit inqt humilitatẽ ancille sue. Audi eandẽ in epithalamio. Cum esset rex inqt in accubitu suo: nardus mea dedit odorẽ suum Nardus quippe herba humilis est z pectus purgat? vt manifestuz sit humilitatẽ nardi nomine designari: eius odor z decor inuenerit gratiam apud deum. Si leat misericordiã tuam virgo beata: si quis est qui inuocatã eam in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos quidem seruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi: sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem humilitatẽ miramur? ſz mia miseris sapit dulci⁹ miam amplectim cari⁹: recordamur sepi⁹ crebrius inuocamus. Nec est enĩ que totius mundi reparationem obtinuit: salutẽ omnium impetrauit. Cõstat enim pro vniuerso genere humano fuisse solicitã cui dictũ est: ne timeas maria inueniſti gratiam vtiqz quam querebas. Quis ergo misericordie tue o benedicta longitudinẽ. z latitudinẽ sublimitatẽ: z profundũ? queat inuestigare Nam longitudo eius vsqz in nouissimũ diem inuocantibus eam subuenit. vniuersis Latitudo ei⁹ replet orbem terraz: vt tua quoqz misericordia plena sit oĩs terra. Sic z sublimitas eius ciuitatis superne inuenit restaurationem: z profũdũ eius sedentib⁹ in tenebris z vmbra mortis obtinuit redẽptionem. Per te enĩ celum repletum inferius euacuatus est. instaurate ruine celestis hierusalem: expectantabus miseris vita perdita data. Sic potentissima et pijssima caritas et affectu compatiendi z effectu subueniẽdi abũdat. eqz locuples ĩ vtro qz. Ad hũc igit fontẽ fitibũda ꝓperet aia nr̃a: ad hũc mie cumulũ tota solicitudine mistianr̃a recurrat. Ecce iã quib⁹ potuim⁹ votis ascẽdẽte te ad filiũ deduxim⁹: z pse cuti sumus saltez a longe: virgo benedicta

Sit pietatis tue ipsam quā apud deū gratiam inueniſti notam facere mundo: reis veniam: medelam egris: puſillis corde robur: afflictis conſolationem: peregrinantibus aduitoriū et liberationē ſcis tuis p̄cib⁹ obtinendo. In hac quoq; die ſolēnitatis et letitie dulciſſimū marie nomen cū laude inuocātib⁹ ſuuſis p te regina clemēs gr̄e ſue mūera largiat̄ ieſus xp̄s filius tu⁹ dñs nr̄ q ē ſup oīa benedictus deus in ſecula amen.

cxx IIij

Ite vnde ſupra de verbis apocalipſis

Sermo ſextus.

Signū magnū apparuit in celo mulier amicta ſole et luna ſub pedibus eius: et in capite eius corona ſtellax duodecim. Vehementer quidē nobis dilectiſſimi vir vnus et mulier vna nocuere ſed gratias deo p vnū nichilominus viruz et mulierē vnā omnia reſtaurant: nec ſine magno feruore gr̄arum. Neq; enī ſicut delictū ita et donū: ſed excedit dāni eſtimationē beneficij magnitudo. Sic nimirū prudentiſſimus et clemētiſſimus artifex quod quaſſatū fuerat nō cōfregit ſed refecit: vt videlicet nobis nouum adam formaret ex veteri: et euam tranſſunderet in mariā. Et quidē ſufficere poterat xp̄o ſiquidē et nunc omnis ſufficiētia noſtra ex eo eſt: ſed nobis bonū nō erat eſſe hoiez ſoluz. Cōgruū magis vt adeſſet nr̄e repationi ſexus vterq; quoz corruptioni neuter defuiſſet. Fidelis plane et p̄epotēs mediator dei et hominuz homo xp̄s ieſus: ſed diuinā in eo reuerent homines maieſtatē. Abſorta videt in deita tem humanitas: non q̄ ſit mutata ſubſtantia ſed affectio deificata. Non ſolū illi cantatur: mia cantaf pariter et indciu m: quia etſi didicit ex his que paſſus eſt compaſſione vt miſericors fieret: habet tū et iudiciaria poteſtatē. Veniq; deus noſter ignis cōſumēs eſt. Quidni vereaf peccator accedere: ne quēadmodū cera fluit a facie ignis ſic pereat ip̄e a facie dei? Itaq; iam nc ipa mulier benedicta in mulierib⁹ videbiſ oci oſa: inuenieſ equidē locus eius in hac recōciliatione. Opus enī eſt mediatore ad mediatorē iſtū: nec alter nob⁹ vtilior q̄z maria Crudelis nimirū mediatrix eua? p quā ſer pēs antiquus peſtiferū ictū et viro virus infundit: ſz fidelis maria q̄ ſalutis antidotū et viris et mulieribus ꝓpinauit. Illa enī miniſtra ſeductiōis: hec ꝓpinatiōis. Illa ſuggeſſit p̄uaricationē: hec igeſſit redēptionē. Quid ad mariā trepidet hūana fragilitas? Nichil auſtez in ea nihil terribile: tota ſuauis ē oīb⁹ offerēs lac et lanā. Reuolue diligēti⁹ euāgelice hiſtorie ſeriē vniuerſā et ſi qd forte īcrepatoriū ſi qd durū ſi qō de nīq; ſignū vl tenuis idignatiōis occurrēit in maria: de cetero ſuſpectā hēas et accedē verearis. O ſi vt vere ſūt plena magis oīa pietatis et gr̄e plena māſuetudis et mie q̄ ad eā ptinēt mūeris: ſage ei gr̄as q ſibi tali mediatrice benigniſſia miſeratiōe ꝓuidit in q̄ nīb⁹ poſſit eē ſuſpectū. Veniq; oīb⁹ oīa fcā eſt ſapiētib⁹ et iſipiētib⁹ copioſiſſima charitate debitrice ſe fec: oīb⁹ mie ſinū apuiſ: vt de plenitudie illi⁹ accipiāt vniuerſi: captiuus redēptionē: eger curationē: triſtis conſolationē: pctō: ueniā: iuſt⁹ gr̄az angel⁹ letitiā veniq; tota trinitas gl̄ia filij ꝑſona carnis hūane ſuba: vt nō ſit q ſe abſcōdat a calore ei⁹. Putaſne ip̄a ē ſole amicta mulier? Eſt ſiqdē vt de pūti ecclia id itelligendū ꝓphi ce viſiōis ſeries ip̄a demōſtret: ſz id plane nō icōuenient marie videbiſ attribuēdū. Miniz ea ē q̄ velut altez ſolē induit ſibi et quēadmodū ille ſup bonos et malos idifferenf oīf ſic ip̄a q̄z nō diſcutit merita ſz oīb⁹ ſe exorabilē oīb⁹ clemētiſſimā p̄bet oīuz veniq; neccitatef ap̄liſſimo q̄dā miſaf affectu. Mā et defect⁹ oīs ſub ea et qcqd fragilitatis ſeu corruptiōis ē excellētiſſia q̄dā ſub limitate p̄ ceteſoīb⁹ excedit et ſupgredif creaturis vt merito ſub pedib⁹ ei⁹ luna cē dicatur. Alioqn magnū dixiſſe videbiſ vt ſit luna iſta ſub pedib⁹ ei⁹ quā ſup oēs āgeloz choros ſup cherubī q̄z et ſcraphin exaltatā nefas ē dubitare. Solz aūt luna nō mō ōfectū corruptiōis ſz ſtultitiā mētis: nōnūq̄z vo eciaz hui⁹ tpis ōfignare. Illā qdē ꝓpt mutabilitatē: hāc ſane ꝓpt ſuſceptū altiūde ſplēdorē. Utraq; vo vt ita diſerī luna marie ſb pedib⁹ cōgrue ſatis ponīf: alio tū atq; alio

tos fine fine letari i bonis domini: que nec oculus vidit nec auris audiuit. nec i cor hominis ascenderūt. Quis ḡ de his hō loquatur hoibus? que nec ipse qdez cogitare nec illi saltem audire sufficiant? Profecto si ex abundantia cordis os loqtur: fileat nihilominus lingua necesse ē ex inopia cogitationis. Attā si multū est ad nos loq de ea claritate ⁊ glia qua i semetipsis. imo in deo suo angeli sancti nris oino supemínēt cordib⁹: de ea loquamur quā nobis exhibēt gratia ⁊ charitate. In supnis enī spiritibus nō solum admirabilis dignitas: ſz dignatio amabilis inuenit. Dignū est pinde frēs vt gloriam non capientes tanto magis amplectamur misericordiā: qua nimiꝝ cōstat nihilominus abundare domesticos dei. celi ciues principes paradisi. Testat̄ denicꝝ apls ipse qui raptus vsqꝝ ad tertium celum. beate illi curie meruit interesse atqꝝ eius nosse secreta: qñ oēs administratorij spūs sunt. missi i ministerium ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis. Neqꝝ id cuiqꝝ incredibile videat: qñquidez ipse quoqꝝ creator ⁊ rex angelor venit non ministrari sed ministrare: ⁊ dare aiaz suam pro multis. Ut qd ḡ ministeriū illud angelor quispiam dedignetur? in quo precedit eos cui in excelsis tota auditate ⁊ felicitate ministrant? Si ⁊ huc dubitas? vtiqꝝ qui vidit testimoniū perhibuit: milia inquiens milium ministrabāt ei: ⁊ decies centena milla assistebāt ei. Alius q̄z ppheta ad patrez de filio loquēs ait. Minuisti eum paulo minus ab angelis. Sic plane sic decet vt humilitate vincat: qui sublimitate vincebat? sitqꝝ tāto minor angelis quāta iuferior sese ministerio mancipauit: qui tanto excellentior est quanto differentius ꝑ eis nomen hereditauit. Sed queras fortasse in quo minoratus sit ab angelis cum ministrare venit? quandoquidem vt supra memimus in ministerium mittuntur ⁊ illi? In eo vtiqꝝ qꝝ non modo ministrauit. sed et ministratus est: eratqꝝ vnus ⁊ idem qui ministrabat ⁊ qui ministrabatur. Merito pro inde sponsa in cantico canticorum ecce inqt venit bis saliens in montibus: transiliens colles. Ministrans enim salijt inter angelos: sed ⁊ ipsos transilijt ministratus. Ministrant angeli sed de alieno: offerētes deo opera non sua sed nostra nobis eius gratiā referētes. Unde ⁊ scriptura dicēs: quoniā ascendit fumus aromatum in cōspectu domini de manu angeli: sollicite premisit data ei fuisse incensa multa. Nostros enim sudores nō suos: nostras nō suas lachrymas offerunt deo: nobis quoqꝝ eius munera referunt. ⁊ non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis sed ⁊ humilior vniuersis? qui semetipsum obtulit sacrificium laudis pri offerens animam suam: nobis ministrans vsqꝝ hodie carnem suam. Huius itaqꝝ tanti ministri gratia: nihil mirum si dignāter nobis imo ⁊ libenter angeli sancti ministrent. Ipsi enī amant nos: quia christus nos amauit. Dicitur quodam vulgari prouerbio. Qui me amat: amat ⁊ canem meum. Nos vo o beati angeli, catelli sumus domini illi⁹ quem tanto affectu diligitis? catelli inqꝝ cupientes saturari de micis que cadūt de mēsa dominorum suorum: qui estis vos. Et hec dixerim fratres vt ampliorem decetero erga beatos angelos fiduciam habeatis: ac pinde familiarius in omni necessitate vestra eorum inuocetis auxilia: ſz ⁊ dignius in eor presentia conuersari ⁊ magis ac magis eor vobis conciliare gratiam. captare beniuolētiam. exorare clementiam. studeatis. Cuius rei gratia necessariū duco alias quoqꝝ charitati vestre opponere causas: que ⁊ ipsos beatos angelos pro nostra reddant infirmitate sollicitos absqꝝ sua sane anxietate si absqꝝ vtilitate nostra: nec ad detrimentum felicitatis sue. sed ad nostre salutis augmentum. Cōstat sine dubio rationis participes ⁊ capaces beatitudinis humanas animas. angelice si dicere id audeam? cognatas eē nature. Nec decet vos o beati spiritus contra legis preceptum dedignari quā visitare debetis spēm vestrā: ſz i multā vt ipsi cernitis. deiecta sit vtilitatē. Sz neqꝝ arbitramur vos o supni ciues ciuitatis vīe excidio delectari ⁊ ruina murorꝝ. q̄s semiruptos eē videtis. Cui⁹ instaurationē si ō sideratis vt dignū est frequēter queso aī thronū glie vbū precis iterate dicētes. Benigne fac dñe i bona

voluntate tua syon: & edificent muri hierusalem. Si diligitis decorez domus dei. Imo quia diligitis experiant zelum vestrū viui & rōnales lapides: qui soli in restauratiōez eius vobis possunt coedificari. Hic est dilectissimi funiculus triplex: quo de excelso celorum habitaculo ad ꝓsolandos. ad visitandos. ad adiuuandos nos. attrahit supemines charitas angelorz: ꝓpter deū. ꝓpter nos. propter seipsos. Propter deum vtiq; cuius tāta erga nos misericordie viscera ip si quoq; vt dignum est imitantur: ꝓpter nos. in quibus propriam similitudinem miserātur: propter seipsos. quoz ordines instaurā dos ex nobis toto desiderio prestolant. In ore enim paruuloz qui lacte modo vescunt & nondum solido cibo proficienda est laus illa maiestatis diuine: cuius habentes primitias angelici spūs beati nimiz delectatione fruuntur: sed tanto auidius nos expectant. quanto ꝑsūmationis eius expectatiōe sollicitantur. Que cum ita sint pensate. quanta & nobis sollicitudine opus ē dilectissimi vt dignos nos exhibeamus eoz frequentia: & eo modo conuersemur in conspectu angelorum. ne forte sanctos offendamus obtut⁹. Ue enim vobis si aliquando prouocati peccatis & negligētijs nostris indignos nos iudicauerint presentia & visitatione sua: vt iā necesse habeamus & nos plangere & dicere cum propheta: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterūt: & qui iuxta me erant de longe steterunt & vim faciebant qui querebant aiam meam: elongatus nimiz eis quorum presentia ꝓtegere nos & propulsare poterat inimicum. Quāto magis ergo necessariam habemus familiaritatem angelice dignationis: tanto amplius cauenda nobis est eorū offensa: & in his maxime exercendum. quibus eos nouim⁹ oblectari. Sunt autem plurima que eis placēt. & que in nobis inuenire delectat: vt ē sobrietas. castitas. paupertas voluntaria. crebri in celum gemitus. & orationes cum lachrymis & cordis intentione. Attamen super omnia hec: vnitatem & pacem a nobis exigunt angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his que formam quandam ciuitatis sue re-

presentant in nobis? vt mirentur hierusalē nouam in terra? Dico autem vt quomodo ciuitatis illius participatio est in idipsuz sic & nos idipsum dicamus omnes. & non sint in nobis scismata: sed magis omnes simul vnum corpus simus in christo: singuli autē alter alterius membra. Econtra vō nihil eq̄ offendit & ad indignationem prouocat eos. quomodo dissensiones & scandala: si forte i ueniantur in nobis. Audiamus siquidem quid loquatur ad corinthios paulus. Cum enim sit inter nos zelus & contentio: nonne carnales estis & sm̄ hominē ambulatis? In epistola quoq; iude apostoli legim⁹ sic. Hi sunt qui segregāt semetipsos: animales. spiritum non habentes. Videre est animam hominis. quēadmodum vniuersa corporis membra viuificet coherentia sibi. Separa ergo quod vis a iunctura ceterorum: & vide an deceterο viuificet illud. Sic. est omnis q dicit anathema iesu. qđ nemo dicit loquēs in spiritu dei: quia anathema separatio est. Sic est omnis inq̄z qui ab vnitate diuidit: nec dubites quin ab eo recessit spiritus vite. Digne igitur contentiosos & qui separant semetipsos apostoli carnales vocant: & animales spiritum non habentes. Dicūt ergo sancti illi & beati spiritus: vbi scandala inuenerint & dissensiones. Quid nobis & generationi huic spiritum non habenti? Nam si adesset spiritus: per eum vtiq; charitas diffunderetur. & vnitas non scinderetur. Et dicunt non permaneamus cum hominibus istis in eternum: quia caro sunt. Que enim conuentio luci ad tenebras? Nos de regno vnitatis & pacis sumus: & homines istos in eandem vnitatem & pacem sperabamus eē venturos. Nunc autem qua ratione nobis cohereant? qui dissident a seipsis? Videtis q̄z congruat huic solēnitati euāgelica lectio. que sic deterrent nos a scandalo paruulorum? qñ quidem tam vehementer angelis displicent scandala? Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. Duz est quod sequitur. Sed iam preterit hora ad missas nobis eundum est. Puto q̄ non sit vobis molesta dilatio? q̄ nō poterit nō iutilis fore: si caplm̄ pūs sm̄one altero diligētius psequamur.

¶ In in eadem solēnitate. Sermo. ij.

AUdistis frēs euangelicam lectionez: aduersus eos qui pusillos scandalizant satis terribiliter intonantem. Memini blandiē veritas, neminē palpat nulluz seducit: aperte denuncians: qñ ve homini illi per quē natus non fuisset hō ille. Natus sane denuo, natus ad vitam: natus de spū: qui nimiz carne post modū consumatur. Expedit ei si quis est qui scandala suscitat in hac domo in hac sctā deo placita. z angelis eius ad modum grata z familiari congregatiōe: vt suspendat in collo eiº molam asinariam z p suaui iugo z leui onere saluatoris, graui mole terrene cupiditatis humeris eius imposita demergat in pfundū maris huius magni z spatiosi manibus: qđ est sine dubio seculū neqz Minus enī dānabile erat ei: in seculo magis perire qz in monasterio. Perire siquidem necesse est hoiez q charitatē non habet: z si tradiderit corpus suum ita vt ardeat. Et hoc dixerim frēs nō quasi minus bene de vobis sentiam aut regnare videat in vobis ueqssimū vitiū illud: sed vt in ea charitate z vnanimitate z pace in qua statis in dño solliciti sitis pseuerare z abundare magis. Que est enim spes nra. z gaudiuz nostrū z corona glie? Nōne vnitas z vnanimitas vestraī qua gaudeo vos inueniri fraternitatis amatores. et ante oīa mutuā i vobismetipsis charitatē hītes, qđ est vinculū pfectiōis? Propter qđ obsecro vos: sic state in dño carissimi. In hoc enim cognoscunt oēs et iam angeli sancti. q xpi estis discipuli: si dilectionē habetis ad inuicem. Deniqz si tenetis memoria quā uobis precedenti sermone trādimº triplicem angelice erga nos charitatis z sollicitudinis cām: pōt hinc quoqz fraterne dilectōis vtilitas magnifice cōmendari. Facile siquidē considerare est: homini qui non diligit xpi mum nullam ex his que tunc diximus suppetere cām. Numquid enim xpi gra diligemur ab āgelis: si de mutue dilectōis inopia cognouerint nequaqz eius esse discipulos? Numqd diligemur ab eis ꝓpter nosmetipsos: id est spūalis nature similitudinem: si inuenimur humane nature non diligere consortes: imo vo si ex eis que inter nos sunt contentionibus carnales nos magis qz spūales esse cōstiterit? Deniqz numqd diligent nos propter seipsos, z futuram de nobis ciuitatis sue restauratiōnē: si quod absit vnū illō quo solo vniri z coedificari illis possumus, deesse nobis viderint gluten charitatis? si inuenerint nos non lapides viuos esse qui possunt inuicem cohererē sed magis pulueream quē picit ventus a facie terre. quē vnius verbi flatus in turbinem excitet, z suspitionis cuiuslibet leuissima aura dispergat? Et hec quidē dixisse sufficiat: pro eo quod ait dñs si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis. Credo enim q maiori sollicitudine deinceps ab hac tam neqssima peste cauebitis? Jam vo quem nō moueat qđ segt in euāgelio? si oculus tuº scādalizat te eruē eum z proice abs te? Numquid enim corporalem hunc oculum monemur eruere? aut vnā ex manibº istis, similiter z vnū abscidere pede? Absit a nobis, huiusmōi carnalis oīo z nimis ridiculosa cogitatio. Imm vo, postqz ab exteriozibº scādalis deterruit nos sermo diuinus: aspere satis sicut audistis, consilium dat quid de eo nobis agēduz sit scandalo, quod interius patimur. p trariā inuenientes legem in mēbris nostris. Ipse enim nouit figmentum nostrum: q eiusmodi scandalum non tam facile a nobis valeat euitari. Porro tripliciter fieri scandalū istō: quotidiano nobis aduertere est experimēto. Interdum enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex, z qui gratie magis qz noster dicendus sit: sed scandalizat nos oculus noster, z qui vere a nobis est, dū voluntas nostra aliam minus castam importune ingerit intentionez. Sed habemus iā super hoc salubre cōsilium saluatoris. Erue eum inquit: z proice abs te. Hoc autez fiet si non consentias: si abitias: si resistas. Sili modo de manu: et de pede est intelligendū. Cum enim bonis operibus intētos, ad alia opera trahere voluntas propria conatur? manus nostra est que scandalizat nos; sed abscidi debet z proici a nobis, vt non ei con

sentiamus. Sic enim proficere in sancta cõuersatiõe. ⁊ ascendere per gradus scale que iacob apparuit. ac iuxta quod ait psalmista de virtute in virtutem ire desiderantes. Sepius scandalum patimur a pede quodam pusillanimitatis ⁊ negligentie nostre. q; nimirum descendere magis ac remissius ire conatur; sed abscidi eum necesse est. vt pes gratie qui stat in directo. currere possit sine offensione. sine scandalo. sine impedimento. Quod autem dicit. bonum nobis esse ad vitam intrare. cũ vno oculo aut manu aut pede. q; duos habentes ire in gehẽnam ignis. eos notat qui voluntatem suam. seu bona seu mala sit. eque sequunt. et ingrediuntur duabus vijs. nunc bona nunc mala sectantes. ſm qđ variantur desideria. Quib⁹ merito vtilius fuerat. gratie in omnibus adherere: ⁊ vbi obuiat propria voluntas abscidẽ. ⁊ a seipsis abicere eam. Est autem cum multo tẽpore in abscisione voluntatis nr̃e exercitati. aliquatenus eam domam⁹ ⁊ vt discat iam non superbire. sed magis sine omni scandalo vel contradictiõe. deo subiecta sit aia nostra: nec iam abicere necesse sit oculũ nostrum: nempe qui simplici adherens oculo. factus est ⁊ ipse simplex. aut certe iam nõ alter est oculus. q; vnus cum eo: aplo teste. qui qui adheret deo vnus spũs est cuz eo. Qđ autem de oculo dictum est: de manu quoq; ⁊ pede eodem modo est intelligendũ. Cui⁹ enim voluntas. ex affectione ⁊ cum desiderio gratie coheret: vt nec concupiscat mala agere. nec bona minora. nec minus bene. q; gratia suggerit: hic plane perfectus est vir. Sed pax ista poti⁹ ẽ felicitatis: abscisio vo scandaloz ⁊ tẽptationum. victoria fortitudinis. Illa inq; gloriabec virtus.

¶ In solẽnitate oĩum sanctoz. de lectione euangelica. Sermo primus.

cx xix

Festiuitatẽ hodiernam scõz oĩuz cuz omni deuotiõe dignũ est celebrari. Numiz si magna videt ⁊ ẽ bti petri solẽnitas. seu bti stephani. aut cuiuslibet ceteroz: quãta ista est que nõ vnius tñ est. q; vniuersoz? Nec nõ ignoratis frẽs. quia secularibus id moris esse vt diebus festis festiua sibi cõuiuia parent: ⁊ quanto fuerit solẽnitas clarior: tanto splendidius epulentur. Quid ergo? Nonne ⁊ his qui conuertunt ad cor: cordis delitie sunt querende: ⁊ spũalibus spiritualia comparanda? Propterea iam paratum est conuiuium: iam cocta sũt omnia: ⁊ epulãdi tempus aduenit. Dignũ est enim vt prius anima satietur. q; hec portio sine dubitatione ⁊ fine comparatiõe fit potior: sed ⁊ sanctoz solẽnitates manifestuz est ad animas magis q; ad corpora ptinere: ⁊ que animaz sunt anime plus acceptant? quippe naturali quadam eis cognatiõe cõiuncte: quibus ꝓpterea quoq; sancti isti cõpatiuntur amplius. Propterea magis desiderant animaz bona ⁊ plus earum refectionibus delectãt: quñ ⁊ ipsi similes nobis fuere passibiles: ⁊ ipsi peregrinatiõis huius et exilij miserabiles deplorauere molestias: et ipsi graue huius corporis onus ⁊ tumultus scli ⁊ tẽptatiões experti sunt inimici. Nihil itaq; dubium qn gratior: eis fit. ⁊ multo acceptabilior illa festiuitas qua intendit epulis aiaz: q; fit ea que celebrat a secularibus. curam carnis pficientibus in desideriis voluptatum. Terrẽtñ. vnde nobis aiaz panis in terra deserta. in loco horroris ⁊ vaste solitudinis? Unde nob sub sole spũalis cibus? vbi nihil est nisi labor ⁊ dolor. ⁊ afflictio spiritus? Sed scio qui dixerit petite ⁊ accipietis. Et illud. Si vos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pr̃ vester de celo dabit spm̃ bonũ petentib⁹ se? Nec ignoro q; obmixe tota hac nocte ⁊ die petieritis mẽdicantes dari vobis panẽ de celo viuũ: non eũ q corpus roborat sz q ꝓfirmat cor hois. Nã cõuitas qdẽ nõ ausus sũ dicere: sz mẽdici sum⁹ in pbẽda dei viuẽtes. Mendici inq; iacentes añ ianuã regis pre diuitis vlcerib⁹ pleni: ⁊ cupientes saturari imo vel sustẽtari de micis q cadũt de mẽsa dñoz nr̃oz quoz celebramus hodie solẽnitatẽ. Nẽpe delitijs affluũt: ⁊ mẽsurã accipiunt bonã ⁊ ꝓfertã ⁊ supfluẽtẽ. Cõfidim⁹ ãt. qñ erit q det nobis. Chaos enim magnum ⁊ distãtia est multa nimis: inter libertatez ⁊

benignitatē dei ⁊ auari diuitis crudelitatē ꝓpterea dedit nobis hodie pater noster panē. Pater enī misericordiarū: patrē esse necesse est etiam miseroꝝ. Dedit inquā panem nobis de celo: ⁊ cibaria in abundātia: quoꝝ vtinā ego fidel' cocus: vtinā aīa mea coquina vtil' videat. Si quidē ad preparāda fercula vestra tota hac nocte concaluit cor meū intra me: ⁊ in meditatione mea exarsit ignis ille sine dubio quē dñs ihesus misit in terrā: ⁊ voluit vehemēter accēdi. Spiritualem etenī cibum: ⁊ coquinā ⁊ ignē habere necesse est spiritualem. Superest iam vt distribuam que parauī: vos autē ꝑsiderate potius dantē dñm qꝫ ministrū distribuentem. Ego enī quod in me ē nihil aliud sum qꝫ cōseruus vester: vobiscū pariter ⁊ mihi ⁊ vobis sicut ipse dñs nouit mendicans panem de celo ⁊ alimoniam vite. Ꝓpterea non ego do vobis: sed pater vester ipse dat vobis panē de celo viuū: ipse vos pascit ⁊ operibus ⁊ sermonib⁹ etiā ⁊ carne filij sui. que vere est cib⁹. Nam ⁊ de operibus lego meus cibus est vt faciam voluntatē patris mei: ⁊ de verbis: qñ non in solo pane viuit hō: sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Ergo nūc quidē cibari habem⁹ factis ei⁹ ⁊ verbis: post hec etiā illibatū dñici corporis sacramentū in altaris mensa sacrosancta ipso ꝓpitio ꝓcepturi. Legim⁹ in euangelio hodie: qñ videns turbas ihesus ascendit in montē. Ꝓdicante enī dñm de ciuitatibus ⁊ castellis populi sequebant: quoꝝ saluabat animas. sanabat corpora: ⁊ adherebant ei affatu pariter ⁊ aspectu illius delectati: cuius nimirū vox suauis: ⁊ facies ei⁹ decora: sicut scriptuꝫ est: Speciosus forma ꝑe filijs hominum: diffusa est gra in labijs tuis. Talis est quem nos sequimur: cui adheremus: totus desiderabil': in quē nō solū populi. sed ⁊ ipsi quoꝝ angeli sancti desiderāt ꝑspicere. Quid vobis suauius apponemus? Nimirū he sunt delicie angelorū. Gustate pinde ⁊ videte qñ suauis est dñs ⁊ huic suauitati. huic sapori. huic sapientie. que vere trabit de occultis omne qd desiderat non valet cōparari. Quid enī? Admiraris in sole splendorē: in flore pulchritudinē: in pane saporē: in terra fecūditatē. Sed a deo hec vniuersa donata sunt. Nec vbium. quin multo amplius reseruauerit sibi qꝫ dederit creaturis. Jam ne hoc quidē ocioſum putem⁹ qꝫ ascēdit in montē: nimirū quod tanto ante predictū est tanꝫ a longe clamāte prophetā: Sup montē excelsuꝫ ascende tu qui euangelizas hierusalē. In q̄ ascensione si vos melius nō habetis: ego illud intelligēdū puto quod in initio actuū apl'oꝝ beat⁹ lucas meminit dicens: Primū quidē sermonē feci de oībus o theophile q̄ cepit ihesus facere ⁊ docere: vtiqꝫ non iuxta phariseoꝝ morem qui alligabāt onera grauia ⁊ importabilia. ⁊ imponebant ea in humeros hominū: digito autē suo nolebāt ea mouere. An nō bonus aīe panis est iste? et plurimum confirmās cor hominis? Fiducialiter sequor te domine quocunqꝫ ieris. et secure incedo viam mandatorum tuorum: sciēs qꝫ per eam preceſseris ipse. Secure inquā viā mandatoꝝ tuorum curro: quandoquidē noui q̄ a sūmo celo egressio tua ad currendā viā hanc: ⁊ occursus tuus vsqꝫ ad summū eius fuerit ꝑ hanc viā. Nō possum nō ego frēs in hunc modū singula masticare: vos estote aīalia munda ⁊ ruminātia: vt fiat fidē scriptū ē: Thesaur⁹ desiderabil' requiescit in ore sapiētis. Cogitenim succingere fortitan ⁊ precingē vbūtā breuitas hore qꝫ materie magnitudo. Videns misericordias ihesus ascēdit in montē. Videns miserationis intuitu: qñ erant sicut oues errātes. non habentes pastorē. Quid est qd primuſqꝫ docere inciperet ascendit in montem? nisi qꝫ in hoc ipso docuit necesse habere prediꝫ catores verbi dei desiderijs animi ⁊ cōuersatione sancta ad sublimia tendere. ⁊ virtutum conscendere montem? Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Cum sedisset inquit. Alioquin quis ad excelsum illum gigantem posset accedere? Benignissime prorsus inclinauit se ⁊ exinaniuit vsqꝫ ad sessionem: ita vt dicat patri: tu cognouisti sessionem meam. ⁊ resurrectionē meam. Sedit enim: vt ad eum quem nec ipsi quidem angeli stantem attingere poterāt: etiā publicani ⁊ peccatores accedant. Accedat

maria magdalene: accedāt ⁊ latro de cruce. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Accesserunt nō tam incessu pedū q̄ affectu cordis ⁊ imitatione virtutū. Bene autē nō turbe: nō quilibet de populo accessisse dicunt quatn⁹ sicut testamentū vetus datum legit in mōte syna solo moyse ascendente ⁊ populo expectante deorsū: sic ⁊ mō. susciperēt mōtes pacē populo ⁊ colles iustitiā: ⁊ velut in tenebris quibusdā ⁊im occulto diceret aplis q̄d postea dicerēt in lumine ⁊ audirēt in aure q̄d predicaret postmodū sup tecta. Un ⁊ sequit: Et aperiens os suū docebat eos. Aperuit nūc os suū qui pphetarū prius aperuerat ora. Nunc est q̄d legit in psalmo propheta dicente: dne labia mea aperies ⁊c̄. Nunc aūt qui multifarie multisq̄ modis olim locutus fuerat in prophetis demū suoipsius ore locutus est: tanq̄ si diceret: ⁊ qui loquebar ecce adsum. Beati qui audierūt in carne loquentē sapientiā: beati qui verbi dei verba ab ipsius ore percipere meruerūt. Uerumtamen q̄d audierunt illi adhuc reseruat nobis: ⁊ audire id ipsum possumus: etsi quodāmodo non ab ipso. Aperiēs os suum docebat eos dicēs: Beati pauperes. Uere apertū est os eius? in quo omnes thesauri sapiētie ⁊ sciētie sūt recōditi: ⁊ eius hec doctrina q̄ i apocalipsi iohānis loquit: ecce noua facio omnia: qui per prophetā olim predixerat. Aperiam os meum: eructuabo abscōdita a cōstitutione mūdi. Quid enim tā abscōditū? q̄ paupta tē eē beatā? Attamē veritas loquit que nec falli nec fallere potest: ipsa est que dicit qm̄ beati pauperes spiritu. Sic vos insensati filij adam diuitias queritis. diuitias desideratis vsq̄ adhuc: cum iam beatitudo pauperū diuinitus cōmēdata: predicata in mūdo: credita sit ab hominibus? Querat eas paganus. qui sine deo viuit: querat iudeus. qui terrenas promissiōes accepit. Sed qua fronte. magis autē q̄ mēte christianus diuitias querit? post q̄ christus beatos esse pauperes p̄dicauit? Quousq̄ filij alieni q̄usq̄ vanitatē loquet os vestrum? vt beatū dicatis populum cui hec sunt hec visibilia. hec presentia: cum filius dei os suum aperiens locutus sit veritatē beatos eē paupes. ⁊ ve diuitibus? Sed diligēter attende q̄ nō simpliciter paupes nominat propter plebeios pauperes. necessitate miserabili. nō laudabili voluntate. Spero equidē p futurā eis apud diuine bonitatis misericordiaꝝ hanc ipsam afflictionis sue miseriā: scio tñ dñm hoc in loco nō de huiusmodi fuisse locutū: sed de his qui possunt dicere cuꝝ propheta volūtarie sacrificabo tibi. Attñ nec voluntaria quidē paupertas omnis laudē habet apud deū: nam ⁊ philosophi sua omnia reliquisse legunt: vt expediti mundialibus curis studio vanitatis possent vacare liberi⁹: ⁊ nolebāt censu abundare terreno: vt abūdarēt magis in sensu suo. Nos discernit q̄d dictum est spiritu: hoc est spūali volūtate. Beati ergo paupes spiritu. spirituali. s. intentione: desiderio spirituali: propter soluꝝ beneplacitum dei: ⁊ animarū salutem: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Sed quis est qui sic loquit? qui sic beatificat pauperes: ⁊ sic ditat? Putas poterit verum esse? Erit sine dubio: si quidē ⁊ verax est ⁊ potens est qui p̄mittit. Si murmurat inimicus respōdebitur ei. An non licet mihi facere q̄d volo? An oculus tuus nequā est. quia ego bonus sum? Si tu iure humiliat⁹ es pro eo q̄ aduersum me exaltare te voluisti: nonne q̄ se humiliant propter me sunt exaltādi? Et vere fratres si miserrim⁹ lucifer e celo eiectus est quoniam affectauit celsitudinem. altitudinem concupiuit. sublimitatē presumpsit? nonne consequens est beatos esse qui sponte in paupertatis humilitatē sese deponūt: et iuxta domini promissionem ipsorum esse regnum celoruꝝ quod perdidit ipse? Et attende q̄ꝝ sapienter ordinauerit sapiētia: cōtra primum peccatum remedium primum opponens. Ac si apertius dicat: Uis obtinere celum quod perdidit superbiens angelus? qui p̄fisus est in virtute sua. ⁊ in multitudine diuitiarū suarū? Paupertatis vilitatē amplectere: ⁊ tuū erit. Sequit Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terrā. Bene optime. Sic enim oportebat commendari paupertatem. ⁊ mansuetudinem predicāri: qm̄ relinquentibus omnia prima solet esse

tentatio de molestijs corporis & afflictione carnis insolita. Quid vo pauptas pderit si qđ absit pauper in murmur decideris fa ctus exasperās & ipatiēs disciplinę? Optime quoq; post regni pmissionez minus ali ud regnū dat, velut in aram: vt sm scriptu rā pmissionē habeamus vite eius que nūc ē pariter & future: & de exhibitiōe pītium firma sit expectatio futuroꝝ. Beati mites qm ipsi possidebūt terrā. Hāc ergo terraz corpus nostrum intelligo. Qđ si possidere vult aīa si regnare desiderat sup membra sua: necesse est vt sit ipa mitis & supiori suo subiecta: qm tale inueniet suū inferi⁹ qua lē se exhibuerit superiori. Armat enī creatura ad vlciscēdam sui iniuriā creatoris: & noluerit aīa que rebellē sibi inuenit carnez suāse quoq; minus qz oporteat superiorib⁹ potestatibus eius subiectā. Māsuescat ipa & humiliet sub potēti manu altissimi: subiecta sit deo. & his pariter qbus vice eius habet obedire platis: & cōtinuo corpus suum inueniet obediēs & subiectū. Veritas enim ē que loquit: Beati mites: qm ipsi possidebūt terrā. Et vide si nō aduersus scōi pcti vulnus secūda pcessit medicina. Prima figđ post angelice puarationis ruinā eua peccauit in getudine spūs agitata: & interdicti dñici iugū suaue & leue onus abitiēs: qm expectare noluit vt de manu dñi, vnde iā cetera acceperat pfectionez quoq; beatitudinis mereret. Pupe illā serpētis cōsilio attētauit. Propter hoc padisum pdidit terrā delitiaꝝ: ppter hoc in ipo corpe suo cōtrariā legē inuenit. Sed fortasse ad hāc domini vocē desiderio mansuetudinis estuas & cōquereris super asperitate cordis tui: & beluinis qbusdā motib⁹ atq; indomita feritate. Attēde ergo qđ sequit Beati q lugēt qm ipsi cōsolabunt. Equū indomitū flagella domāt: aīaz imitē cōtritio spūs & assiduitas lazb: ymaz. Ergo in oīb⁹ opib⁹ tuis memorare nouissima tua: horozē mortis iudicij tremēdū discrimē. Ardētis gehēne metū ab oculis cordis tui elōgari nullaten⁹ patiaris. Cogita pegrinatiōis tue miseriā: recogita annos tuos in amaritudine aīe tue: cogita vite humane picula: cogita fragilitatē ppriā: & in huiusmodi cogitatiōe si pseuerauerit dico tibi pax senties qcqd foris videt eē molestū: dū toto corde circa interiorē molestiā occuparis. Sed nec patiet dñs sine cōsolatiōe te eē: qm pī miaz ē & de⁹ totius cōsolatōis: & iplebit oīno qđ veritas pollicet. Beati q lugēt: qm ipsi cōsolabuntur: concordat ātē huic sniē etiā illud qđ i salomone legisti: Melius ē ire ad domuz luctus qz ad domū cōuiuij. Propterea beata eēs eua si post culpas cōsolationē qreres lachrymarū. & uersa ad pniam venia citius obtineres. Nūc aūt miserrima quefisti cōsolationē de simili casu viri tui: veneno pessimo neqsimo videlicet vitio totā infecisti posteritatē tuā: vt vsq; hodie pditione alteri⁹ suam alter reputet cōsolationem. Miserā, pius eue cōsolatio: & eoz q miseriā hāc imitant. Sed beati q lugēt: qm ipsi cōsolabunt. Verū qđ aliud ē hec cōsolatio qz procedēs de spe venie, gra devotionis & suauissima delectatio boni & iust⁹ sapiētie. Iz exiguus qb⁹ interiz benign⁹ dns afflictā refrigerat aīaz? Aut gustus ille nihil aliud ē qz irritamētuz desiderij & incētiuū amoris: sicut scriptū est: Qui edūt me adhuc esuriēt: & qui bibūt me adhuc sitiēt. Propterea illico subiūnxit. Beati q esuriūt & sitiūt iusticiā: qm ipsi saturabunt. Qui esurit adhuc esuriat amplius: & q desiderat abundātius adhuc desideret: qm quātūcūq; desiderare potuerit tm est acceptur⁹. Immo vo nō sm ipfectionē moderni desiderij: qm quidē donec pfecte beat pfecte desiderare nō pōt: sed nec hīe donec pfecte desideret: sed mēsuram acceptur⁹ ē bonā & pfertā & coagitatā & supefluētē. Beati q esuriūt & sitiūt iusticiā: qm ipsi saturabūt. In firmioꝝ palato cordis & aīe languēti adhuc dura & insipida res videt eē iusticia: sed q gustauerūt, ecce ipi sciunt qz beati sunt q esuriūt illā: qm ipsi saturabunt. O vere felix et gloriosa sacietas! o sanctū cōuiuiū: o desiderabiles epule: vbi nimiz anxietas nulla: nullū poterit cē fastidiū: qm sacietas sūma & summū inerit desiderium. Beati q esuriūt & sitiūt iusticiā: qm ipsi saturabunt. Iā vo hoc verbum aduersus adā pcedere credo: q portione qdē ali-

quā videt tenuisse iusticie in eo q̄ mulieri qdē cōpassus ē: sed si exuriret iusticiam curaret sine dubio reddere qđ debet: non soluz vxori. sed multo magis creatori. Debebat enī vxori cōpassione vtiq; ⁊ disciplinā tanq; inferiori: caput enīz mulieris vir: debebat aūt deo obediētiā atq; subiectionē. Sed qd putam⁹ frēs? Oꝑplurimi vsq; hodie factū illud grauiter diiudicāt: ⁊ tñ insipiēter imitant: indignant aduersus adam q̄ obedierit vocivxoris sue q̄; diuine: ⁊ ipi quottidie eā suā carnē videlicet audiunt plus q̄; deū. Fratres si modo pñtes videremus adā in eo articulo positū. ascēdētibus cogitatiōibus in cor eius coartari inter p̄cē vxoris ⁊ p̄ceptū creatoris: nonne clamaremus aduersus eū dicentes: caue tibi miser. vide ne feceris seducta ē mulier. nō acq escas ei? Ut qd ergo quotiens apprehēdit nos tētatio similis nō persuademus similiter nobisipsis: beati enim q̄ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā. qm̄ ipsi saturabunt? Sed quid pōt eē oīs iusticia nostra coꝝ deo? Nōne iuxta ppbetā. velut pānus mēstruate reputabitur? ⁊ si districte iudicet iniusta inuenietur omnis iusticia nostra ⁊ minus bñs? Quid ergo de peccatis erit: qm̄ ne ipa quidē p se poterit respōdere iusticia? Propterea obnixe cū ppheta clamātes: nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe tota humilitate ad misericordiā recurramus. que sola pōt saluare aias nostras: ⁊ solicite pēsemus qđ seqt̄. Beati misericordes: qm̄ ipsi miaz ꝓsequētur. Et attēde quēadmodū zacheus breuiter vtrūq; vno verbo cōplectit dicēs: Dimidium bonoꝝ meoꝝ do pauperibus: ⁊ si quēpiā defraudaui reddo quadruplū. Uides quātū esurit iste iusticiā cui nō sufficit equa mensura reddere? nisi restituat quadruplū? Misericordia quoq; magna ē: q̄ dimidiū bonoꝝ suoꝝ dat pauperibus. Ue rūtū nō silebo ego qđ sentio. Laudē dñi loquēt os meū: dñi plane nō nostrā. Neq; n. nobis attribuo: sed noī ei⁹ do gloriam. Zacheus certe cuius laus ē in euāgelio dimidiuz bonoꝝ suoꝝ dedit pauperibus: sed ego multos zacheos hic video qui nihil sibi ex oīb⁹ reliquere. Quis mihi scribat euangeliū hoc de zacheis istis: imo de petris istis qui fiducialiter loquent dño: ecce nos reliquimus oīa: ⁊ secuti sumus te? Sed scriptuz ē iā in euāgelio eterno: in libro vite scriptū ē ⁊ signatū. Beati n. misericordes: qm̄ ipsi miaz ꝓsequent. Jā vo fratres ade crudelitatē hec sinia tāgit: q̄ videbatur ꝑ vxoris amore peccasse. Ecce enī o adā: scim⁹ q̄ os de ossib⁹ tuis ē: ⁊ caro de carne tua: ⁊ eius amore peccasti. Videam⁹ nūc quātum diligas eā. Uenit dñs igneū tenēs gladiū i vltionē ꝓuaricatiōis. Oppone te discrimi ꝑ pter illā: ⁊ dic: Dñe mulier infirmior ē: mulier seducta ē: mea ē iniqtas: meū est peccatū: in me solū vindicta ꝓcedat. Sed nō logtur sic: Mulier inqt quam dedisti mihi dedit mihi de ligno ⁊ comedi. O puersitas. Penā ꝑ eo suscipe refugis: ⁊ culpā admittere nō recusasti. Quō ꝓh dolor oīa cōfudisti pnitiose misericors: vbi seuerus eē debueras: ⁊ pnitiosus crudelis: vbi miaz impēdere oportebat? Illaz derelinquere nullo mō ꝑpter eā: satisfacere vo ꝑpter eā libēti animo debuisti. Sic enī oportet fieri fratres: vt nunq; ꝑpter aliuz homo peccet qđ ē iusticie: ⁊ libēter aliena pctā portet qđ est mie. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiaz qm̄ ipsi saturabunt. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā ꝓsequent. Seqt̄. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Beati plane ⁊ oīno beati: qui videbūt in quez desiderāt angeli ꝓspicere: quē videre vita eterna ē. Tibi dixit cor meuz: exquisiuit te facies mea: faciē tuā dñe requiram. Quid enim mihi est in celo? ⁊ a te quid volui sup terrā? Defecit caro mea ⁊ cor meuz: deus cordis mei ⁊ pars mea deus i eternū? Qñ adimplebis me iusticia cuz vultu tuo? Ue mihi ab īmūdicia cordis mei qua impedīē te: necdū mereor ad beatā illaz visionē admitti. Quāta solicitudine fratres: quanto studio danda est opera: vt mundari possit oculus: quo videndus ē deus? Et ego qdē triplici sorde inquinari me sentio? ꝓcupiscētia carnis: ꝓcupiscētia glorie ⁊ palis: ⁊ ꝑteritoꝝ ꝓscientia delictoꝝ. Sūt enim in aīa motus quidam desideriorum: quos nec ratione: nec iuribus extinguere possum: q̄diu

in hoc seculo necꝫ ꝛ in corpore mortis tenetur alligatus. Attñ contra sordes istas oratonis oppono remediū: ꝛ ꝓpterea sicut oculi seruoꝝ in manibus dñoꝝ ita oculi nostri ad dñm deum nostrū donec misereatur nostri: q solus mundus est ꝛ potest facere mundum de imundo cōceptum semine. Sic et contra peccati ꝛscientiā remediū ꝓfessiōis est institutum: ꝛ oīa in cōfessione lauantur Ecce hic sunt q̄ mūdant oculū cordis: ozo ꝛ cōfessio. Ꝓozo bti mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbūt. Videbūt quidē in fine facie ad faciem: videbunt etiaꝫ nunc per speculum in enigmate ꝛ nunc cognoscent ex parte perfecte postea cogniturī. Dis enī in cui⁹ ꝛscia clausū adhuc pctm̄ viuit aut peccat in spe ꝛ ita sentit de deo tāꝫ si min⁹ ei pctā displiceāt aut peccat in desperatione in misericordē sentiens deū quoꝝ vtriꝫ merito dicit̄ existimasti iniq̄ qđ ero tui similis qm̄ neuter deum videt: sed mentit̄ iniquitas sibi formans sibi idolū ꝓ eo qđ nō est ipse. Bti vero mūdo corde qm̄ ipsi soli deū vident: soli de eo sentiūt in bonitate: sicut vere bonus est ita vt nemo bonus sit nisi ipe. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Miseri ꝓinde adā ꝛ eua: qui cōuersi in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis dum confessionis mūdationem fugiunt in mundo remanēt corde ꝛ a facie dn̄i eiciuntur. Sequitur. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Aderito filij nomine vocabunt: qm̄ filij opus impleuerunt. Ipse enī est q̄ reconciliati pacem habemus ad deum: ipe qui pacificauit in sanguine suo q̄ in celis sunt ꝛ q̄ super terram: mediator dei ꝛ hoīuꝫ homo chr̄ist⁹ ihesus. Et attēde quēadmodū in tribus quidem ꝓioribus sibiipsi reconciliatur aia: in duobus que sequūtur ꝓrimo: in sexto deo in septimo etiā alios reconciliat: tanq̄ receptus in gr̄am dn̄i ꝛ felici familiaritate donatus. Nam pauptate mansuetudine fletu renouat in anima similitudo quedā eternitatis omnia tpa complectens: dum pau pertate futura merek māsuetudine sibi presentia vēdicat: luctu penitētie ꝑterita quoq̄ recupat sicut scriptū est. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine aie mee. Ꝓozo iustitia ꝛ mia pfecte proximo choeremus: dum quicqd volumus nobis fieri alijs non faciamus p iustitiā et quecūq̄ volum⁹ vt faciant nobis hoies ꝛ nos faciamus illis p mīam. Jam reconciliati nobis recōciliati etiā ꝓrimo: fiducialiter per mundiciā cordis recōciliamur deo. Beati vero q de sua recōciliatiōe nō ingrati ꝛ p fribus suis pie solicitis: eos quoq̄ quantuꝫ ꝓualēt ꝛ sibi ꝛ deo recōciliare laborāt. Quibus enī laudibus digni⁹ quāto amplectēdū putas affectu frēm illū q sine q̄rela conuersans inter frēs tota solicitudine cauet ne qđ in eo fit qđ ab alijs portari oporteat ꝛ quicqd in alijs est onerosum patientissime portat q singuloꝝ scandala sua reputat ꝛ aplō loquit̄ quis scandalizat ꝛ ego non vroꝝ quis infirmatur ꝛ ego non infirmoꝝ Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabunt. Nō est enim deus dissensionis sed pacis: ideoq̄ filios pacis dei quoq̄ filios dignum est appellari. Jam q̄ seq̄t octaua btitudo martyrū est ꝓrogatiua: cui⁹ nobis tollerāte nec tps videt̄ esse nec vtus. Monozat nūc iustitia magis: q̄ntū is facie ē aut nulli aut pauci ꝓ ea sustinēt psecutionē. Felices tñ si q sunt: qm̄ ipoꝝ est regnū celoꝝ vt eos nemo psequat. Oꝫ si multiplex fuerit tribulatio: tūc q̄ꝫ multiplicius exultandū nō intuentibus q̄ vident̄ incōmoda sꝫ ꝓmia q̄ nō videntur. Que enī vident̄ tēporalia sūt: q̄ aūt nō vident eterna. Beati inqt eritis cum vos oderint hoies ꝛ cum sepauerīt vos ꝛ eiecerit ꝛ dixerit omne malū aduersum vos mētientes ꝓpter me. Gaudete in illa die ꝛ exultate: ecce enī merces vra copiosa ē in celis copiosioꝝ longe q̄ꝫ sit labor in terris. Verū tñ qd sibi vult q eadē ꝓmissio facta est paupibus ꝛ martyribus: nisi q: vere martyrij genus pauptas voluntaria est? Beatus vir ait ꝓpheta q post aurū non abijt: nec speravit in pecunie thesauris. Quis est hic ꝛ laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quid mirabili⁹ aut qđ martyriū grauius est q̄ꝫ inter epulas esurire inter vestes multas ꝛ ꝑciosas algere: pauptate ꝓmi inter diuitias q̄s offert mūdus q̄s ostētat ma

lignus qs desiderat nr ipi appetit⁹? An nō merito coronabit q sic certauerit mundū abijciens promittentē inimicum irridens tentantē z qđ gloriosius est de semetipo triumphās z crucifigēs pscientiā purientē? Deniq; ppterea pauperibus pariter z martyrib⁹ regnū celor pmittit: q; pauptate qdē emitur: sed in passione pro christo abscq; omni dilatione pcipitur.

In eadē festiuitate. Sermo secundus.

cxxx

Via sanctorū oium festiuam hodie dilectissimi oium q; dignissimā deuotione memoriā celebramus: ope ptiū puto de cōmuni felicitate eor in qua btā iam requie pfruunt z futura quā pstolant' psumatiōe adiuuāte spū scō mone facere charitati vīe ita sane vt nō opinionis ppie pjecturas sed diuinor verborum sequamur auctoritatē ne prophetare videamur de corde nro. Sz inuita murquo ad poterimus testimonijs scripturar. Erit enī pstante dño triplex huius mōnis: vtilitas: quatinus agnita vel exprte aliqua felici retributione scōr abūdantiori deiceps solicitudine ipsor sequi vestigia ac feruentiori desiderio ad eor suspirare pfortia propensiori quoq; deuotione eorundē inuocare pcinia studeamus. Fidelis quippe sermo z oī acceptitōe dignus vt quos solenni veneratiōe psequimur etiā siti pjerratione pjequamur? quos btissimos pdicamus ad eor btitudinē tota auiditate erramus quor delectamur preconijs eor pocinijs subleuemur. Nec sane parū fructuosa inuenitur memoria scōr langorē teporē errorē q; depellēs: cum eor intercessione iuuet' in firmitas nra pjideratione btitudinis excitet' negligetia nra ignorātia quoq; nra ipor eruditat' exēplis. Propterea cū eruditos vos ad imitāda eor vestigia hodierna sacra euāgelij lectiōe z ipsius dñi mone nō dubitē: erecta nimiz ani oculos nros scala p quā vniuersus qué hodie veneram scōr chorus ascendit: nec ignorē iploradis eor suffragijs totū paulomin⁹ noctis z diei huius religiosa deuotiōe tps expēsuz: nam de eor felicitate loqui vel exiguū aliquid attētabo qđ donauerit ipse q eos z magnificat iam z glorificat: qs vocauit prius z iustificauit. Legim⁹ in ppha Cōuertē aia mea i requiē tuā: q; dns benefecit tibi: quia eripuit aiam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Et in alio psalmo Alia nra sicut passer erepta ē de laqueo venātiū. Multa q; filia in diuinarū reperisse mihi video: serie scripturarū vba hominū q liberatos se eē nō sine multa admiratiōe letent': verba pfecte securitatis z felicitatis imēse vocē gratiarū actionis z letitie q; p meo sape his q luteas adhuc domos inhabitāt z in fidore vult⁹ sui comedūt panē suū minus arbitror quenire. Quis enī eor gliabitur castū se habē cor? Quis audeat gliari pritū eē laqueū: liberatos pedes suos a lapsu: reclamāte nimirū aplo z dicēte: q; stat videat ne cadat? Unde z de semetipso infelix inquit ego homo qs me liberabit de corpore mortis huius? Et in alio loco Fratres inquit ego nō me arbitror comprehēdisse. Unū autē q; retro sunt oblit⁹: z in ea q; ante me sunt extētus sequor: ad palmā ꝛc. Ītēq; Ego aūt sic curro nō quasi in incertum: sic pugno nō quasi aerē verberās: sed castigo corpus meū z seruituti subitio: ne forte cuz alijs pdicauerim ipe reprob⁹ efficiar. Nec plane tuba militie est: hec verba ducis strenui fortiter dimicātis. Nā supiora quidez vident' potius triūphātis aut certe: necdū qdē triūphātis: sed cū victoria iā redeūtis de plio: z futur magni triūphi diez leta ac secura pscientia pstolātis. Quid enim loquitur reuersus de plio fortis miles seruus, fidelis? Conuertere iā ingt aia in requiē tuam. Dū enī in corpe mortis militaris reges nulla erat tum p labore certaminis: tuz p periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tētationū: inde succūbendi metus grauius solicitabat. Habebat th fratres etiā tūc gloriā miles xpi: Sz requiez nō haberet. Ait siquidē strenuus ille z fortissim⁹ miles: cui⁹ z paulo antefecim⁹ mētionē. Gloria nra, hec ē: testimoniū cōsciētie nre. Qđ testimoniū cōscientie nō sic intelligēdū puto tanq; ipa sibi pscientia attestet:

non enī qui se ipm cōmendat ille ꝓbatus
est sed quem deus cōmendat. Est ergo te-
stimoniū ꝯsciētie i quo gloriaf apls nō qꝫ
phibz ꝯscia: sz qꝫ logf spūs vitatis i ipa testi
moniū phibens spūi nr̄o qꝫ filij dei sum⁹.
Est enīz testimoniū ꝯscie nr̄e nō phibētis
sz ꝓcipētis. Cuz enī veritas applaudit cuz
iustitia atteſtaf: dei cōmendantis fine du-
bio vox est ⁊ spūs scī testimoniū phibētis:
ac si decertanti viriliter militi rex suus ꝓ
cuius amore ⁊ honore decertat, ꝓpter afiſtē
tes letus applaudat laudat fortia facta, ꝓmi
mā clamitet esse victoriā parata iam ꝑmia
⁊ coronam polliciaf eternam. In quo testi
monio gloriaf qdem ꝓbat⁹ ⁊ strenuus mi
les minime tñ quiescit: sed tāto acrius ala-
criusqꝫ decertat. Itaqꝫ dum adhuc militāt
gaudent vtiqꝫ electi dei: sed de ꝑmitijs spi
ritus q ⁊ infirmitatē eorum adiuuat virtu
te sua ⁊ pusillanimitatē eoz sua atteſtatiōe
cōsolatur. Unde ⁊ his de quo paulo ante
loquebaf apls: non est inqt regnū dei esca
⁊ potus: sed iustitia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spū
scō. Jam vero consūmato militie tempore
gaudium habent sancti ⁊ in spiritu suo do
nec aduenīat dies illa qua introire merean
tur in gaudiū dñi sui gaudium habituri ⁊
in ipo corpore suo. Sic enim habes in psal-
mo. Signatum est super nos lumē vultus
tui dñe: dediſti letitiam in corde meo. Un-
de? Plane ex his que sequuntur: a fructu
frumenti vini ⁊ olei sui. Audiuit enī huius
modi anima vocem dicentis. Date ei de
fructu manuuz suarum: ⁊ laudent eam in
portis opera eius. Unde ⁊ iohannes scri-
bere iubeſ in apocalipſi: qñ beati mortui
qui in dño moriuntur. Quare beati? Amo
do enim iam dicit spiritus: vt requiescant
a laboribus suis. Unde ⁊ in psalmo de quo
paulo ante loquebamur eis que supra posu
imus verbis adiunctum est. In pace in id
ipsum dormiam ⁊ requiescam. Et de operi
bus habemus in apocalipſi. Opera enim
illorum sequuntur illos. Ad quid vero se-
quuntur? niſi vt multiplicenf a fructu eoz
⁊ accipientes de fructu manuum suorum
saginentur vituli: quos ex ꝓphetico testi
monio cum redifficabuntur muri bierusa
lem super altare dñi nouimus ponendos
Interim quippe sub altari eos esse ⁊ non
supra ipse doceat cuius testimonium credi
bile factum est nimis: q vt scribit in apoca-
lipſi sub altari ipso eoz etiam voces audi-
uit. Adhuc ergo signatum est lumē vultus
dñici: ⁊ licet non plenam habent tñ letitiā
multā in corde suo donec veniet dies illa
qua introire mereanf in requiē dñi. Ad-
huc laudāt eas in portis opera sua: donec
veniat cū erit vnicuiqꝫ laus a deo. Uidetiſ
fratres quāta ē vnitas scripturaꝝ? qꝫ vno
sensu ⁊ eisdem pene verbis de btitudine lo
quantur aiarum? Jam vero nemo ex vob
paruā aliquā requiē aut letitiam suspicet
eorum qui ab omni penitus molestia libe-
ri recogitant annos suos in dulcedine aie
sue. Letanf ꝓ diebus qbus humiliati sunt
annis quibus viderūt mala? cum iocunda
admiratione ⁊ mira iocūditate ꝯsiderāt pi
cula que euaserūt: labores quos ptulerunt
certamina q̄ vicerūt: ⁊ pro his oībus certa
⁊ in dubitata fide expectant btām fidem ⁊
aduentū glorie magni dei ⁊ saluatoris sui q
resuscitabit ⁊ reformabit corpora eoruz cō-
figurata ꝓprij corporis claritati. Qnāta est
felicitas eoz qꝫ in mensa letitia? q nimiruz
triplici gaudio de recordatiōe trāsacte vi
tutis: de exhibitione pñtis quietis: decer-
ta expectatione future ꝯsumatiōis exultāt
Nam de futura illa cōsumatione hēmus
vocez eoz in fine eius psalmi de quo supe
rius loquebamur. Dicunt enī singule aie
quibus iam datum est ad hanc requiem ꝑ-
uenire. In pace in id ipsum dormiā ⁊ reqe
scam. Qñ tu dñe singulariter in spe ꝯstitu
isti me. Singulariter inqꝫ in spe non iam
inter spem ⁊ metum: vbi prius nō sine soli-
citudine ⁊ anxietate plurima fluctuabant.
Sic ⁊ de sanctoz requie habemus in alio
psalmo scriptū. Conuertere aia mea in re-
quiem tuam quia dñs benefecit tibi. Be-
ne inqꝫ fecit quātis nequaqꝫ optime. De-
niqꝫ audi qꝫ bene. Quia eripuit aiam meā
am de morte oculos meos a lachrymis pe
des meos a lapsu: id est a peccato omni ⁊ a
pctī pena a timore quoqꝫ ꝛpiculo recidēdi
penitus liberauit. Hoc enī suauissimū aie

stratū qđ nullis iam lauet aut riget lachrymis: qm̃ abstersit deus omnē lachrymā ab oculis eius. Hoc cubile in quo nō cōpungitur nec ꝙuertit in erūna sua dum ꝙfringitur spina: exijt enī de terra illa q̃ spinas ei & tribulos germinabat. Hoc plane stratū aīe qđ minime iam versat in infirmitate eius qm̃ vniuersa q̃ infirmitatis erant pariter trāsierūt. Nec est inq̃ suauissima & salubrima requies ꝙscientia mūda qui et secura. Sit ergo btē aīe culcitra conscientie sue puritas: sit capitale trāquillitas: sit operto riū ei⁹ securitas vt in hoc interī strata dormiāt delectabiliter feliciter regescāt. Jam vero de recordatione trāsacte virtutis habes in psalmo cētesimo vigesimotertio manifeste verba eoꝝ q̃ & ipsa supius quoq̃ cōmemoraui. Cōsiderāt enī & multa cū admiratione recogitata quib⁹ laqueis quātisue piculis diuino meruerint auxilio liberari & exultātes in dño dicūt. Nisi q: dñs erat in nobis dicat nūc israel nisi q: dñs erat in nobis: Cū exurgerēt hoīes ī nos forte vinos de glutissent nos. Torrentē ptransiuit aīa nostra: forsitan ptrāsisset anima nostra aquam intollerabilē. Et addunt. Benedictus dñs: q nō dedit nos in captionez dētibus eorum. Sed & verba q̃ iam tpe resoluti onis instante loquebat aplūs de eo magis in quo nunc feliciter requiescit statu pīmpta videnf: & nunc ei multo melius ꝙuenire. Nunc enī secure iam loquit: bonū certa men certaui cursum cōsumaui fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitie: quā reddet mihi in illum diez iustus iudex. Nec sunt dico vobis fratres hic mō sunt vniuersa sctōꝝ negotia hic cibus hic somnus eoꝝ: & ꝓpterea voluit spiritus sanctus scribi verba ea q̃ protulimus ceteraq̃ similia vt ex his aliquatenus innotesceret nobis status eoꝝ. Longe aliter tñ affitiunf in hmōi meditatiōib⁹ & multo amplius delectantur: q̃ nr̃a excogitatio capere aut explicare queat oratio. Audi enī quomō laboret ꝓphet inculcās & multiplicās vba nec sic tñ verbis digne magnificare valēs qđ intēdit. O magna inq̃t multitudo dulcedinis tue quā abscondisti timētib⁹ te. Ma gna quidem & magna valde necdū tñ pfectā qm̃ in manifesto nō ī abscōdito: qñ nō sub altari quiescēt sancti sup thronos iudices residebūt. Ad requiē enī exute a corpibus aīe sctē ptinus admittunf: ad plenā aūt regni glorīā nō ita. Me expectāt iusti ait propheta cū adhuc detineret in custodia corporis hui⁹: donec retribuas mihi. Et vox diuina ad aīas corpoꝝ suoꝝ resurrectionē flagitātes. Sustinete modicū tēp⁹: donec ī pleat numer⁹ fratꝝ vestroꝝ. Sz iam sermo claudēdus ē: vocāt enī nos missaꝝ solēnia adhuc celebrāda. Qđ q̃ restat de eadē mā siqđ habem⁹ sermoni alteri reseruem⁹.

¶ Jtē vnde supra. Sermo tertius



ducertistis ni fallor ex his que p̄cedente sermone sunt dicta tres eē sanctarū status aīaꝝ. Primū vide icet in corpore corruptibili: secūdum sine corpore: tertium in corpore glorificato. Primuz de nigz in tabernaculis: secundū in atrijs: tertium in domo domini. O quā dilecta tabernacula tua domine virtutuz: multo magis tñ atria concupiscibilia ſm q̃ait Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Sed quoniam in ipsis quoq̃ atrijs nōnullus vt audis defectus est: beati omnino qui habitant in domo tua domine. Letatus sum plane in his que dicta sunt mihi fratres: in domum domini ibimus. Oꝛ si queritis vnde id fiducialiter presumam: inde sine dubio q̃ iam multi ex nobis in atrijs stent expectantes donec recipiant corpora sua: donec impleatur numerus fratrum. In illam enī beatissimam domum nec sine nobis intrabunt: nec sine corporibus: id est nec sci sine plebe: nec spūs sine carne. Neq̃ enī pstari decet integrā beatitudinē: donec sit hō iteger cui deē nec pfectiōe donari ecclesiā īm perfectā. Propterea cū resurrectionē expectarēt corpoꝝ sicut prioze sermōe iā dixim⁹: acceperūt diuinū respōsum dicēs Sustinete modicū tempus: donec cōpleat numer⁹ fratrū vestroꝝ. Acceperūt tñ iam singulas stolas: sed nō vestiunf duplicib⁹: donec vestiamur & nos quēadmodū de pīarchis et

cx xxj

